





PERICULUM ACADEMICUM
USUM JURISPRU-
DENTIAE SYNTHETICÆ IN ANALYTICA
OSTENDENS

Ad tit. ff. & Cod. de Furtis.

QUOD

Auspicio D. O. M.

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi, Consultissimi, atq; Excellentissimi Viri

DN. JOH. OTTONIS TABORIS,
U. J. D. ET ANTECESSORIS CODICIS ET
Feudalium placit. in inelyta Argentoratensium Univerfita-
te Professoris celeberrimi Dn. Patroni & Præceptoris
sui, omni observantiæ & honoris cultu
prosequendi.

Publicæ disquisitioni subjicit

MICHAEL RIEBEL, Argentoratensis.

Ad diem Julij.



ARGENTORATI

Typis JOHANNIS-PHILIPPI MÜLBI,

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI,

Anno M. DC. XLVIII.

549

24

Asp. XV.

1648, 10.



VIRIS

Amplissimis Consultissimisque

Dnn.

GREGORIO BICCIO, U. J.

Doctore, & in alma Argentora-
tensium Universitate, Pande-
ctarum Professore celeberrimo,

JOHANNI REBHAN, U. J.

Doctore, & Institutionum Im-
perialium in Argentoratensi
Academia Professore dignif-
simo,

Patronis &
Præceptoribus
æternum co-
lendis,

*Specimen hoc Analytica. Exercitationis, tanquam
optimis arbitris in debita gratitudinis symbo-
lum consecrat, eorumque favori, hætenus va-
riis documentis patefacto, se, suaq; studia am-
plius commendat.*

Michael Riebel, Argent.

Augustinus Confessoris

Sancti

GREGORIO BICCIO, N. J.
 Doctor, & in Alma Aegidiana
 Academia Universitate, Lande
 Praesidentis celeberrimo
 JOHANNI REBHAN, N. J.
 Doctor, & Institutionum in
 Academia Aegidiana
 Praesidentis dignis

Praesidentis
 Aegidiana
 Academia

Praesidentis
 Aegidiana
 Academia
 Praesidentis
 Aegidiana
 Academia



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. Some words are barely discernible, such as "SECONDO" and "GIORGIO".



INDEX LEGUM D. & C. DE FUR-
tis in C. A. vel Racemationibus præmissis,
aut alibi, explicatarum.

VT experiamur, quatenus superiorum Racemationum, ad Collegii Argentoratensis supplementum comparata synthesis & compositio, proficiat in explicatione textuum, loco publicæ exercitationis proponemus, remissionum hunc indicem, constituentes, plerasque omnes, legum, quæ in tit. ff. & Cod. de furtis continentur difficultates, ex illa indicina resolvi & explicari posse. Erunt ergo loco thesæon leges ipsæ: loco ecthesæon nostrates istæ, quas defensuri sumus, remissiones. Sic autem habet.

INDEX LEGUM,

Ad usum analyticum comparatus,

Ad Tit. 2. ff.

DE FURTIS.

- A**d l. Furtum 1. pr. v. C. A. d. 1. Racemat. 2. d. 3. & 4. verbum, obscure, quod in Fl. etiam habetur, Iustinianus in §. 2. l. h. vulgato & frequentiore adverbio expressit: clam & obscure. *Vid. Charond. & Pac. in suis editionibus.* Ad l. 1.
 Ad §. inde 1. C. A. d. 14. N. 1. d. 17. N. 4. & de privat. delict. d. 3. Racemat. 2. d. 4. & 43. add. Argentæus in consuetud. Britan. art. 265. N. 2. p. 913.
 Ad §. Sic is 2. C. A. d. 8. N. 4. d. 9. n. 14. d. 17. n. 4. & de acq. vel amitt. possess. d. 13. n. 15. Rac. 2. d. 10. & d. 57.
 Ad §. Furtum est 3. C. A. d. 12. d. 12. n. 32. d. 4. de dol. mal. d. 67. de A. R. D. d. 5. n. 3. de A. vel A. P. Rac. 2. d. 8. & d. 24.
 Ad l. Furtorum 2. C. A. d. 3. pr. hic Rac. 2. th. 10.
 Ad l. Fur est 3. pr. C. A. d. d. 3. pr. Rac. 2. d. 11. th. 12. Rac. 4. d. 42. & in Respons. d. 5. Ad l. 2.
 Ad §. Et par 1. Rac. 2. d. 12. Rac. 4. d. 42. & in Respons. d. 5. Ad l. 3.
 Ad §. Sed utrum 2. C. A. th. 3. pr. & n. 1. 2. 3. Rac. 2. th. 13. d. 17. Rac. 4. d. 28. & in Respons. th. 5. & 37.
 Ad l. Quo destina 4. C. A. d. 3. n. 3. Rac. 2. d. 14. Rac. 2. th. 6. d. 15. Rac. 4. d. 28. Rac. 4. d. 42. & in Respons. d. 5. th. 37. Ad l. 4.
 A a 3 Ad l.

- Ad l. 5. *Ad l. Si igitur 5. C. A. d. 3. n. 3. Rac. 4. d. 28. d. 24 Et in Respons. d. 5.*
Ad §. Sed et si 1. C. A. d. 4. n. 2. Rac. 4. th. 28. ibi Respons. d. 5.
- Ad l. 6. *Ad l. Quamvis 6. C. A. th. 4. n. 2. d. 14. n. 1. d. 17. n. 35. d. 39. d. 3. pr. Anton. Fab. lib. 16. conjectur. C. 6. pag. 555. ubi P. Pithæum redarguit: qui in notis ad tit. 7. col. lat. l. gum mosaic. & Roman. pag. 93. ad Verb. contractat. pro sæpe, legit, semper. Rac. 2. d. 15. unde conciliari potest l. 9. & l. 67. §. 2. ibi propter continuati- nem furti h. adde Rac. 2. d. 43. & 48.*
- Ad l. 7. *Ad l. Si quis 7. pr. C. A. d. 3. pr. d. 4. n. 2. Rac. 2. d. 16. quia origo furti est iuspicien- da. l. 6. h. t. Origine autem furti si requiratur, in servitute jam commissum est furtum, nec servus in furto fuit deprehensus.*
Ad §. ibidem 1. C. A. th. 3. pr. d. 4. n. 6. d. 7. n. 6. de custod. & exhibit. reorum Rac. 2. d. 10. Rac. 2. th. 17. ubi limitantur verba h. §. etiamsi vidisti furtum fieri & scil. animo perterrito. Conf. Dn. Vinnium ad §. 3. Inst. h. t. v. visus vel depre- hensus Aliter Dn. Locam. ibid.
Ad §. Sed Celsus 1. C. A. th. 3. pr. & n. 4. Rac. 1. th. 18.
Ad §. Parvique. 3. C. A. th. 3. n. 3. d. 7. n. 6. de Custod. & exhibit. reorum. Racem. 2. th. 12.
- Ad l. 8. *Ad l. Nec manifestum 8. C. A. th. 4. pr. Rac. 2. th. 19. adde l. 1. de his qui sui vel alien. jur. sunt. Barbof. in axiom. de contrariis. n. 11. Val. Gulielm. Forster. 2. Observ. 21.*
- Ad l. 9. *Ad l. Et qui 9. pr. C. A. th. 17. n. 35. Ant. Fab. lib. 16. conjectur. c. 11. pag. 557. c. 6. pag. 555. Rac. 2. d. 86. 88. Rac. 3. d. 2. Rac. 4. Respons. d. 19. Dn. Carpzov. 2. quaest. crimin. 61. n. 62.*
Ad §. Sed si 1. C. A. th. 11. n. 3. in fin. Rac. 2. d. 89. Rac. 3. d. 11.
- Ad l. 10. *Ad l. Cuius 10. C. A. d. 18. n. 1. Rac. 2. th. 61. 87. 88.*
- Ad l. 11. *Ad l. Tum in 11. C. A. d. d. 18. n. 1. d. 19. n. 9. d. 20. n. 1. de Re judic. Rac. 2. d. 28. d. 61. d. 74. dubitationi quæ ex lege 48. §. 4. & ult. h. t. l. 13. de reb. cred. l. 7. §. 1. quod metus causa. & aliis locis, huic regulæ opponi solet: occurri potest ex Rac. 2. d. 76. & seqq.*
- Ad l. 11. *Ad l. Itaque Fullo 12. pr. C. A. d. 10. n. 6. d. 12. n. 1. d. 18. n. 10. d. 19. n. 24. d. 3. n. 3. de appell. recip. Arumzus Disp. Pandect. 24. c. 2. Racem. 2. th. 61. d. 66. Ibi: Nam quis non habet: hinc colligitur fundamentum illius proverbii nostri; Da nichts ist! Da verleur der Keyser sein Recht. v. Daniel Otton. dialect. jur. lib. 1. c. 2. reg. 3. pag. 15. Idemque adagium Germanicum laudat & ad l. 6. de dolo ap- plicat. Thom. Freig. in parat. de dolo axiom. 2.*
Ad §. Sed furti 1. C. A. d. 11. n. 2. & 3. d. 19. n. 9. th. 23. n. 8. de A. vel A. P. Rac. 2. th. 6. th. 61. 76.
Ad §. Sed §. 1. C. A. d. 8. n. 27. d. 10. n. 2. & 8. d. 16. n. 38. d. 18. n. 19. d. 39. de Res. Div. d. 40. n. 2. eodem. d. 17. §. 2. de pign. d. 25. n. 11. eodem. Rac. 2. d. 28. d. 78. d. 83. Atque hic est unus Casus exceptus à regula l. 12. §. 1. h. t. (quod m. f. possessori, & in specie furi l. 14. §. 4. h. t. actio furti non detur, ut exposuimus d. 78. Rac. 2.) inquit Cujac. in commentar. ad lib. 22. D. Iulianus, hoc est ad l. 14. §. 4. h. t. persistens in opinione sua, qua censet legendum esse affirmative expuncta ne- gatione: ut sensus sit; si debitor pignus creditori, quod dederat, subripuerit & ipsi postea alius eandem rem abstulerit; debitor, licet eo nomine creditori suo furti teneatur, nihilominus & ipse habet actionem furti adversus furem poste- riorem. Rationem hanc assignat, quia debitor hanc actionem habiturus erat, tamen

AD USUM ANALYT. COMPARATUS. 198

tametsi ejus rei prior furtum non fecisset. Non igitur quod furtum fecerit, quodve in furti pœnam incidere, debitor etiam actione furti habet in furem posteriorem : Sed quod custodia ad eum pertinuerit. Et sic fit, ut teneatur furti & agat. Ita Cujac. d. loc. Nos totius §. 1. analysin subjiciemus, ut liquidius appareat, constare sententiam suam etiam affirmativæ lectioni. Quæritur autem in §. 2. l. 12. principaliter de creditore, an ei actio furti detur, incidenter etiam de debitore. Quæstio hæc

Propositur: quod, si res aliqua pignori data creditori surrepta sit, non tantum Domino furti actio detur; sed creditori quoque, quamvis in bonis ejus res non sit: q. d. & hanc rationem dubitandi removerit: In concursu actorum is præferendus est, qui habet jus potentius l. 14. §. 17. h. r. atqui debitor, Dominus hic, habet jus potentius; quia res est in bonis ejus, non creditoris est l. 1. pr. d. R. D. l. 1. pr. d. V. §. 2. I. de V. bon. r. imò nec interesse ejus tum videbitur, quando debitor solvendo fuerit. Resp. tamen & creditori actio danda est: licet enim Dominium rei non habeat; aliquando etiam extra periculum sit; quia tamen amplius & hætenus ejus interest; quod expediat ei pignori potius incumbere, quam in personam agere, §. 14. Inst. h. r. non deneganda ei est actio; ob intervetsam possessionem §. 10. Inst. d. r. & hæc ratio tantum locum habet, cum res sine ejus culpa, surrepta est; nam si res culpa ejus surrepta sit, alia quoque ratio facit, ut ei actio detur; nempe quia ad rem restituendam tenetur. l. 14. §. 6. h. r.

Et

Ampliatione, quod creditori hæc actio detur. Non tantum adversus extraneum: (scilicet in duplum vel quadruplum ipsius pignoris l. 87. h. r. sed ita, ut quod consecutus fuerit credito imputet, & quod ultra fuerit debitori præstet l. 15. h. r.) Sed adversus ipsum Dominum hoc est debitorem, si is rem oppignoratam creditori subripuerit §. 14. in fin. l. h. r. (scilicet in duplum vel quadruplum pecuniaz debite & usurarum d. l. 87. h. r. quod lucro ejusdem creditoris cedet l. 79. h. r. Dn. D. Locam. ad d. §. 14. & post eum Vinn. ib.)

Declaratur: declaratur inq. hæc sententia, tum per

Ratiocinationem: Exposita scilicet ratione tum

In se



In se: dicat enim quis absurdum esse ut fur ejusdem rei nomine à duobus conveniatur: à creditore & domino. *can. b. f. 83. de R. I. in 6.* Verum id absurdum non esse, ex ratione decidendi apparebit, qua docetur, utrumque ex diverso jure agere. *Rac. 2. d. 78. & 83.*

dubitandi

In *prosimare*: sic ergo fiet, ut dominus seu debitor, licet ipse furtum fecerit, furti tamen non teneatur: (nempe si creditor jam à posteriore fure consecutus sit, quod sua interest) & nihilominus agat; nempe ex jure Domini, quod ipsi semper saluum mansit. Paulò aliter *Ioh. Robert. 2. Recept. sent. c. 9. pag. 299. & seqq.* ubi de constanti lectione MSS. attestatur: Quibus cum *Obrechtianus* noster consentit, negativam indubitatis characteribus repræsentans. Neque tamen omnes *Roberti* assertiones probare possumus, per ea quæ *Cujacius* reposuit *lib. 16. observat. cap. 30. vers. qui mordicus.* Quamquam *Robertus* iterum se excusavit utcunque. *lib. 2. animadvers. 28.*

2. Bonum: et quidem; ipse (debitum) non ut, ac ubi in rebus ipsi pignori, id est, in rebus, ubi creditur, non furti, ubi hujus, iam ipse

Exposita
feli. ra-
tione
tum

Proposuitur, Idèd feli. utroq; hoc casu actionem dari, quia utriusque interfit: Domini quidem; ratione Domini; Creditoris, ratione possessionis.

deciden-
di, quæ
atorum

Amplius ut, ut interesse intelligatur, non tantum si debitor solvendo non sit: sed etiam si solvendo sit: quia præstat ei pignori incumbere, ut supra d. Eaque sententia trium doctorum autoritate roboratur.

Ad l. 13.

Ad l. 13. Cui 1. C. A. d. 19. n. 27. Rac. 2. d. 28. f. d. 61. Ratio est, quia debet immediate & revera actoris interesse, d. R. 2. d. 74.

Ad l. 14.

Ad l. Eum qui 14. pr. C. A. d. 19. n. 8. th. 33. n. 2. d. 5. n. ult. de condict. furtiv. d. 6. n. 3. eodem. d. 5. n. 2. de pignor. actio. d. 4. n. 15. de peric. & comm rei vend. d. 6. eodem. d. 2. n. 8. de action. empti. th. 12. n. 11. eodem. th. 33. pr. d. V O d. 2. n. 2. furti adversus nautam, caup. Rac. 2. d. 68. v. 3. Rac. 3. d. 17. Mejer. de culpa d. 241.

Ad 5. Adèd autem 1. C. A. d. 9. n. 5. & 6. d. 11. n. 28. d. 13. n. 8. d. 17. n. 26. Rac. 2. d. 74. Expediamus 5. hujus difficultates paulò clarius. Dictum fuit in pr. Quando emptori in furem actio furti detur: nunc *Quænam etiam in emptorem ea actio concedatur?* Ratio tractationis, seu occasio, sumitur ab exaggeratione superioris decisionis: Adèd sc. emptorem ante traditionem non habere actionem furti, ut quæsitum, imò definitum sit, ipsum etiam emptorem aliquando hac actione teneri (adeoque absurdum sit ipsummet eam actionem habere *l. 21. C. b. & P. Rac. 2. d. 29. & 78*) Nimirum disting. an emptor pretium solverit nec ne: priore casu non tenetur actione furti, utcunque venditor custodiam rei in se receperit: posteriore tenetur.

Ratio dubitandi ad priorem decisionem varia afferri potest: (1.) enim subripuit emptor rem nondum traditam. *§. 3. Instit. de contrah. empt.* Et quidem vendi-



AD USUM ANALYT. COMPARATUS. 195

venditore ignorante. *l. minus. 2. C. de acquir. possess. l. 5. A. P.* Quod adeo verum est, ut etiam si fundi (v. g.) venditor alicui mandaverit, ut emptorem in vacuum possessionem induceret, emptor tamen, priusquam id fieret, non recte per se in possessionem veniat. *l. fundi. 33. d. 1. & generalem adeo regulam constituit Gifanius ad d. l. 5. de Acquir. possess. n. 3.* eum, qui rei sibi ex quacunque causa vel titulo debita vel adquisita, (ut sit in hereditate vel legato) possessionem non vacuum sine voluntate Domini aut Possessoris privata auctoritate apprehenderit, esse prædonem. (1.) quia venditorem obligavit ad custodiam. cum ergo res sit venditoris periculo, actio illi non videtur deneganda. *hac l. 14. §. 16. adde §. 5. §. 10. §. 17. f. h. (3.)* utique non debet malitia ista prætextu subtilitatis juris impunita abire *l. in fundo. 38. §. neque. d. R. P.*

Ratio decidendi est. Quod nemo prædo aut fur effectui dici & hoc nomine conveniri possit, qui pretium numeravit. *l. nemo prædo. 1. 6. d. R. l. l. 13. §. 8. d. pe. 111. hered. conductis eodem l. 15. §. ult. h.* Nec id admisisse emptor censetur eo consilio ut venditori noceret, sed ut rem jam propè suam haberet, eaque uteretur. *Cujac. in Iulian. lib. 2. Digest. pag. 158. E.* Res nempe mea propemodum est ea, cuius ego pretium jam domino persolvi, atque ita eo rem perduxi, ut cogere possim dominum ad eam rem mihi tradendam. *idem. ibid.*

Ratio respondendi ad dubitationes contrarias (1.) quod emptor iste revera non alienam rem, sed suam recipiat *l. 59. h. r. uti modo è Cujac. diximus.* (2.) adeoque ut Dominus non committat furtum adversus eum, cuius non interest amplius *l. 53. §. ult. h. r.* siquidem venditor custodiam pollicitus est propriè adversus extraneum: quo ad dominum verò, rem quandocumq; dimittere debebat *l. 5. d. acquir. possess.* Culpa etiam venditoris hic cessante, cessat & periculum. *per not. Rac. 2. d. 51. in fin.* denique est hic aliquod exemplum ejus paradoxii quod *Rac. 1. d. 5. & Rac. 2. d. 57.* propositum est: nimirum furtum aliquando ponitur, sed non furti actionem: sive competere etiam furti actionem; sed non dari, *Cujac. in comment. ad l. 5. d. acquir. possess. ibi. non tenetur furti si eam abstuleris precio soluto; sed tamen non minus est idè prædo.* Et ita furtum hoc quidem non laudant jura, sed potius culpant, *l. 14. §. 14. d. R. lig. §. sumpt. in re tamen propria admissum nõ coercent. l. 24. §. 5. sol. marum. §. Advers. plane sè antequam.* Sequitur decisio posterioris membri: Quod se. emptor qui ante traditionem rei venditæ & solutionem pretii, rem subripuit venditori, teneatur actione furti. Ratio est, quia rem abstulit lucri sui causa, ut rem haberet nullo illato pretio: In fraudem igitur venditoris, ut eum fraudaret pretio convento. *Cujac. in lib. 22. Digest. Iulian. pag. 158. D. §. C.* Eademque ratione debitor, qui pignus traditum creditori subripuit, creditori tenetur actione furti. *l. 12. §. pen. l. 19. §. ult. §. 1. 66. in f. eod.* Quia & ille rem auferit lucri sui causa in fraudem creditoris, ut pignore recepto mala ratione, eum pecunia debita fraudet. *Cujac. d. loc.*

Ad §. Præterea 2. C. A. d. 18. n. 9. th. 33. n. 4. Rac. 2. d. 18. cum enim in *l. 81. §. 1. h. r.* dicatur: utrique hanc actionem dari tam colono, quam Domino, docetur in *d. d. 18.* Domino sive locatori dari in utilitatem coloni: huic in utilitatem propriam; sive partiaris sit colonus; sive numis colar sive, fructus sint percepti sive percipiendi. *l. si apes 26. §. un. h. r.* culpa aliqua intervenerit coloni, sive nulla, uti notabo ad *§. 11. hujus L. & ad d. l. 81. §. 1.*

Ad §. Is autem 3. C. A. d. 19. n. 13. d. 20. de re judic. Rac. 2. d. 74.

Bb

Ab

Ad §. Iulianus 4. C. A. th. 19. n. 9. Rac. 2. th. 76. Ne verò isthic §. 4. videatur otiosam continere repetitionem dictorum in §. 3. constituendum est, generale dictum, de depositario dolum admittente, applicari ad speciem præsentis delicti; hoc modo: Depositarius rem depositam ipse contrectavit seu semovit lucrificandi gratia, sed cum res vicissim à tertio aliquo furto sublata esset, *Quæ actione furti dupli vel quadrupli debeat gaudere?* Negatur id tum ex ratione generaliore §. præcedentis; quod nemo debeat ex dolo suo quarere actionem: cui similis est illa juris regula in l. cum par. 154. de Reg. jur. qua dicitur illi debere promitti pœnam petere, qui in eam non incidit. Ioh. Robert. lib. 2. notatum ad notata Cujac. cap. 28. pag. 867. tum ex specialiore regula: quia in omnium furum persona constitutum sit, ne ejusdem rei nomine furti agere possint, cujus faures sunt. Regulam hanc Græci sic efferunt; ὁ κλέπτης κλοπιμαίων ἔχων ἢ ἐξουσίῃ: fur, qui rem furtivam tenet, neque possessor justus neque Dominus est. Addi potest etiam tertia Ratio; quia depositarius talis ipse etiam furti Domino teneatur. l. 11. §. 11. h. t. Cujac. in Iuliano lib. 22. pag. 159. Exceptiones ad hanc regulam v. Rac. 2. §. 77. & seq. Tertiam etiam exceptionem adjicit. Cujac. dicto loco, ex Paulo 1. sent. 31. §. 24. nempe in his qui tenentur, non quidem furti manifesti vel nec manifesti, (quomodo tenentur scientes) sed tantum actione furti concepti vel oblati; quomodo aliquando tenentur & ignorantibus l. si furti 8. C. quib. ex caus. infam. irreg. Scilicet apud quos furtum inventum fuerit. Hi enim rectè iterum agent contra eos, qui ipsis rem furtivam abstulerunt & vendiderunt. Adde lib. 16. observ. cap. 30. ubi ait; posse excogitari similes casus multos quibus fur furti agat. Ob quod enunciatum reprehensus à Roberto 2. animadvert. 28. in notatis ad illam ipsam animadv. lib. 2. c. 28. p. 556. enunciatum suum quatuor casibus declarat: quorum unus est, de creditore: alter, de conductore; tertius de commodatario: quartus ex jure veteri, de eo qui furti concepti tenetur.

Ad §. Papinianus 5. C. A. th. 10. n. 8. th. 12. n. 1. §. 3. n. 25. in fin. Rac. 2. §. 85.

Ad §. Idem scribit 6. C. A. th. 19. n. 14. §. 25. n. 1. §. ult. n. 11. d. pignor. Principium §. explicatur. Rac. 2. §. 62. Racem. 3. §. 17. Vers. hoc ita: explicatur in d. Race. 2. th. 85. Dubitationi; quod culpa & negligentia sua nemini debeat prodesse: occurri potest ex his quæ Barbosa tractat in axiomat. tit. de Matr. Ampliatur enim actio non tam ob culpam, quam ob periculum creditoris.

Ad §. Idem dicunt 7. C. A. §. 25. n. 1. in fin. Ibidem sc. Papinianus §. 5. & Pomponius §. 6. fine. Quia locus hic perdifficilis à nemine tangitur, experiamur an illum ex th. 85. Rac. 2. possimus explicare. Proponitur ibi quæstio de furto duorum servorum creditori oppigneratorum & distinguitur

Vtrum factum sit	{	Conjunctim seu simul utriusq; servi: ubi creditori actio competit;	Non in totum, scil. servi precium; non in duplum aut quadruplum pignoris: quia cum furtum sine culpa creditoris factum sit, non tenetur debitori pigneratitia. Sed pro qua parte (in singulos diviso eo quod ei debeatur) interest. Sive consequitur duplum vel quadruplum summæ creditæ: quia hætenus ejus interfuit.
		Seorsim, tum si	Vnius nomine solidum sive totum debitum consecutus fuerit: Alterius nomine nihil consequitur, quia jam consecutus est, quod sua interesset.

Dices

Dices: sic utrumq; casum una decisione definiri, adeoque non opus fuisse distinctione? Resp. differentia tamen in eo est, quod superiore casu in singulos dividitur id quod creditori debetur: ratione cujuslibet ad interesse competit actio. *Nævius h. loc.* posteriore, in unum tota summa recidit.

Ad §. Item Pomponius 8. C. A. 19. n. 23. Rac. 2. 19. th. 62. ad eam quam post gl. Gothof. hic objicit l. 48. §. 4. h. t. Respondet th. 77. Rac. 1.

Ad §. Idem Pomponius 9. C. A. th. 19. n. 22. Rac. 2. th. 29. 74. Idem Pomponius probat in eo, qui rem mandato alicujus accepit perferendam: subaudi si is nuncius seu Procurator dolo fecerit, circa rem fide ejus commissam, eique furtum fiat, non habebit furti actionem l. 14. §. 3. h. t.

Ad §. An Pater. 10. C. A. th. 19. n. 1. 2. 3. th. 5. commod. 12. d. pecul. Rac. 2. 19. th. 74. 76. explicatur præcipue in th. 75. Racem. 2. Axioma autem illud quod ei qui custodiam præstare debet, actio furti detur; Limitandum est ex §. 1. d. l. 14. cæteris etiam paribus.

Ad §. Is qui 11. C. A. 18. n. 13. 19. n. 17. 13. n. 12. de præser. verb. 13. de precario Rac. 1. 75. sensus forte clarior exit, si verba illa in parenthesis conjiciantur.

Ad §. Quod si 12. C. A. 10. n. 5. th. 18. n. 8. 19. n. 3. & 25. conf. 62. Rac. 2. Sed cur hic distinguimus, an culpa conductoris ablata sit res, nec ne? cum colono indistincte actio detur, in l. 14. §. 2. h. t. Puto, quia circa colonum potissimum de fundi fructibus queritur, qui proprie ad ipsum pertinent: circa conductorem de rebus ad dominum spectantibus.

Ad §. Si Filius familiaris 13 C. A. 12. n. 16. 16. n. 34. 15. de his qui sui vel alieni jur. sunt. Rac. 2. 33. Ratio peti solet ex jure antiquo Quiritium, quo filius in-

star servi, in patris manu, potestate ac ditione erat. Vnde quadantenus vindicari poterat, per clausulam ex jure Quiritium. Baccho. ad §. interdum 9. Inst. h. t. Ex eo Vinnius. Sed quid tum duplabitur aut quadruplabitur? Cujac. ad

l. un. c. quando civilis actio. responder: patrem habere actionem furti, non quidem propter personam filii, quæ impretriabilis est, Sed ob res à filio inter-

rim acquisitas, quæ ad patrem spectant & ab eo vindicari possunt. Hotoman-

nus. injuriam hic æstimat. Baccho. incertum iudicis officio promittit. Nos cum Dd. com. & operam ex cessatione & cætera dispendia æstimari putamus. Nos

Tum per l. 52. §. Si servus 8. h. t. tum maximè per l. 80. §. 1. h. t. conf. l. ult. h. t. Concurrunt autem cum hoc iudicio privato etiam extraordinarium l. ult. h. t.

& publicum iudicium ex l. Fabia de plagiar. l. ult. m. C. ad l. Fab. de plagiar. Baccho. d. loc. juxt. not. ad l. 56. §. 1. h.

Ad §. Si res 14. C. A. 10. n. 10. 12. n. 2. 18. n. 1. & 3. 19. n. 15. & n. 25. 14. n. 1. expilat. hæredit. Rac. 2. 37. & 62.

Ad §. Non solum 15. C. A. 10. n. 10. 12. n. 2. th. 18. n. 7. 9. n. 3. de condict. furt. 6. commodat. th. 9. n. 11. eodem. 13. n. 3. d. t. Ratio declarari potest ex l. 5. §. 19. commod. Conf. Rac. 2. th. 38.

Ad §. Qualis ergo 16. C. A. th. 10. n. 10. 18. n. 4, 7, 8. 1. de condict. furt. 5. n. 1. eodem. 16. n. 1. d. t. 11. n. 4. de privat. delict. Rac. 1. 61. 68. 69. ad d. Tim.

Faber disp. 14. 11. in fin. Gailius 2. observ. 21.

Ad §. Si Epistola 17. verba illa: (quia per liberam personam possessio queri potest) parenthesis includenda sunt. De cætero vide C. A. 12. n. 1. 18. n. 5. & 6. th. 19. n. 20. Rac. 2. th. 28. 73.

Ad l. Creditoris 15. pr. C. A. 18. n. 2. 25. n. 1. 33. n. 3. 9. n. 3. de pignor. action. Ad l. 15.

l. ult. n. 5. de pign. Rac. 2. l. 63. 72. l. 85. Rac. 3. l. 18. Rac. 4. l. 34. n. 2. f. D. Locam.
ad §. 14. Instit. h. t. lit. C. conf. l. creditori 87. h. t.

Ad §. Dominus 1. C. A. th. 8. n. 28. th. 12. n. 26. l. 16. n. 40. Rac. 2. l. 17.

Ad §. Sed eum 2. C. A. l. 8. n. 39. l. 9. n. 4. th. 13. n. 2. th. 15. in fin. commod. l. ult.
n. 2. eodem. th. 6. eodem Rac. 2. th. 27. de principio hujus §. (quod scil. com-
modatarius non habeat actionem furti adversus Dominum surripientem) vi-
de notata ad l. 14. §. 1. h. t. dicitur autem Commodatarius non teneri actione
commodati: scil. hoc casu & in effectu: cum agentem dominum repellat exce-
ptione doli. In *vers.* Ergo continetur exceptio, ob jus retentionis. v. d. th. 27.
additâ L. si is qui rem §. 9. h. t.

Ad l. 16.

Ad l. *Nō cum* 16. C. A. l. 8. n. 32. l. 17. n. 8. & 16. l. 16. de his qui sunt sui vel alien. jur.
l. 5. de obseq. parent. l. 8. de O. & A. Rac. 2. l. 80. Opponit autem hoc loco Ictus
non jus Civile & naturale. *ut censet gl. h. t.* sed jus expressum & ejus rationem:
quod non constitutione aliqua patrem prohiberi, sed ratione juris. Cum enim
pater & filius jure Civili pro una & eadem persona habeantur §. 12. *Instit. de
mutil. stipul.* sequitur ex natura hujus rei, ut quemadmodum nemo secum
ipse litigare potest, sic nec pater cum filio l. 4. d. *judic.* Quæ ratio & fictio cum
cesset in peculio castrensi vel quasi, l. 2. ad *SCtum Maced.* Ideo excipitur casus
quo filius familias tale peculium habeat in l. 52. §. 3. h. t.

Ad l. 17.

Ad l. *Servus* 17. pr. C. A. th. 6. n. 6. th. 17. n. 8. th. 13. n. 16. de his qui sui vel alien.
jur. sunt th. 8. n. 1. d. O. & A. th. 8. in fin. expil. hered. Rac. 2. th. 80. Quod su-
pra l. 16. de filiis familias, expressum, id h. loc. ad servos extenditur: nova ratione,
cum fictio unitatis non procedat in servo. v. l. *si libertus* 89. h. t. *adhibito Ba-
cho*. ad §. 1. *inquit Instit. h. t. Cujac.* in *Paulo* ad l. 21. §. 1. *rer. amotar.* p. 621.

Ad §. unde 1. C. A. th. 8. n. 31. conf. *not. ad §. Si servus* 6. *Instit. d. Noxal. act.*

Ad §. Cum autem 2. C. A. th. 17. n. 15. rationem inquire in l. cum autem 23. §. 7.
C. 8. de *adil. edicto*.

Ad §. *Illud quaestum* 3. C. A. th. 8. n. 31. th. 16. n. 27. ut superior §. fuit de servo
reddhibito: sic iste est de *fugitivo* apud b. f. possessorem delitescente & Domi-
no furtum faciente. Quod est notandum contra *gl. h. t. ad verbum hujus Do-
mino*. quæ subjectum invertit. *contra pr. d. §. ibi: adversus eum qui b. f. possi-
dere ceperit*. Meretur autem hic etiam §. analyticam dilucidationem. Du-
bium scil. de servo fugitivo proponitur & resolvitur. proponitur in casu & ra-
tione dubitandi. Casus talis est: servus cum à me aufugisset & rerum mearum
notitiam haberet, poculum mihi v. g. abstulit: Q. an ego Dominus adversus
eum, qui servum meum modo b. f. possidet, furti actionem habeam? (sup-
posito eo, quod servus nunquam in potestatem meam (Domini) interim re-
versus, adeoque nec vitium purgatum, seu actio extincta sit v. l. *quamvis* 84. h.)

Ratio dubitandi est: quod si servus iste fugitivus interim alii furtum faciat, ipse
non teneat: licet enim possidere censetur, resp. usucapionis: attamen revera ser-
vus non est in mea potestate. *Paulus 2. sent. 23. §. ult.* servo autem furtum
committente cum eo agendum, in cuius potestate est. l. 41. §. 2. l. 61. h. t. Ergo
nec b. f. possessor mihi tenebitur. Ratione consequentiæ eâ: quia si Dominus
non tenetur ob servi hujus furtum: multò minus b. f. possessor. *Deciditur ta-
men hoc modo*: ut constituatur, nihilominus competere furti actionem Do-
mino adversus b. f. possessorem, puta noxalis: l. 21. *C. h. C. A. th. 21. n. l. 27. §. 1.
d. noxal. action.* Illi autem sententiæ quæ dictum fuit, Dominum servi fugi-

tivi nomine furti non teneri, graviter obstat, quod *in l. 27. §. 3. ad L. Aquil. di-*
citur, Aquilia teneri. Sed rectè resp. gl. accipiendum illum locum in terminis
 habilibus, cum sc. Dominus facilè posset fugitivum apprehendere: Nos autem
 de servo fugitivo ab alio possessio hic agimus. Illud etiã dubium habet adversus
 exclusivã hujus loci, particulam *santum*, quod Iulianus decisionẽ istam etiam
 ad alias causas proficere scripsit *l. 1. §. 14. de acq. possess.* Verum particula *santum*
 hic non est vere exclusiva, sed respicit ad id, quod erat extra dubium; Ac videa-
 tur cuiuspiam Vlpianus hic per objectionem loqui: vel cum fortè & ipse Iulia-
 nus sic loqueretur, probabile videbitur Vlpianum objectionem ex Iuliano
 sumpsisse. Verum tum Vlp. etiam non fuerat amissurus sententiam Iuliani.
 Numquid ergò dicemus cum Cuj. particulam *santum* hic non omnino esse
 exclusivam, & subintelligendum, fere. *§. Cujac. ad d. §. 14. in comm. postum.*
de. an potius dicemus, particulam tantum hic efferri ratione propositæ qua-
stionis, & quod ad causam usucapionis attinet, ut Dominus scil. furti tenea-
tur, & ita vox tantum, unam saltem finitæ quæstionis potestatem excludet,
non omnes infinitæ quæstionis potestates. Ita secum disputat D. D. Meiserus
in not. MS. h. Et hæc videtur etiam posterior solutio Accursii cum ait, hæc di-
 ctio *santum*, non excludit, nimirum quantum ad noxalem actionem. Quod
 verò Accurs. in *h. §. Dominum* interpretatur passim Dominium putativum, id
 non est probandum. *D. D. Meiser. h. ibid. add. A. Fab. ad l. 37. de nox. act.*

Ad l. Quod dicitur 18. C. A. §. 17. n. 8. in fin. §. 20. n. 1. §. 10. de noxal. action. th. Ad l. 18.
 11. eodem. *§. 8. pr. de privat. delict. Cujac. 12. Observat. 23. in fin. §. ad l. 43. de*
pac. h. hic pro debitore intelligit emptorem. sed commodius intelligi potest
primus Dominus; si fingatur servus primum furtum fecisse secundo; adeoque
primum hoc pacto secundo obligatum fuisse: Tum servum secundo v. g. do-
nasse: secundum vendidisse tertio. Q. an cum primo, tanquam initio obliga-
to & debitore furti agere possim? N. per §. 6. Versunde si alienus. Inst. de
noxal. act. sic ut plane idem casus hic proponi videatur, qui clarius exponitur
in d. l. si alienus 37. de noxal. act. Ratio decidendi quam Ictus præmittit, hæc
est: regula, quod noxa & actio noxalis caput sequatur, valet in ea actione quæ
ab initio constitit, nec extincta est, l. 15. §. 16. ad L. Aquil. At si servus alic-
nus, qui furtum mihi fecit in potestatem meam pervenerit, extinguitur, furti
actio. d. l. 37. de noxal. action. ergo non reviviscit per meam alienationem, l.
98. §. arcum. 8. de solution.

Ad l. In actione 19. pr. C. A. §. 28. n. 2. §. 39. pr. & n. 41. de R. V. Rac. 3. §. 5. demon-
 stratione autem, hic opus est, non ad formandam actionem, ut in R. V. sed ad
 incundam taxationem *d. §. 5.*

Ad §. De pondere 1. C. A. §. 12. n. 4. §. 28. n. 2. th. 39. n. 6. de R. V. d. Rac. 3. th. 5.
 de pondere non est necesse loqui in hac actione: quia ut in pr. dict. sufficit
 rem ita demonstrari, ut possit intelligi: satis autem intelligi potest expressa spe-
 cie aurea vel argentea; licet pondus adjectum non sit: præsertim cum actio
 furti referatur ad æstimationem, quæ fuit tempore furti admissi, non quo fur-
 ti agitur. *A. Faber in rational. ad l. 1. §. 40. de pos. ubi ait: actionem furti hoc*
casu similem esse rei vindicationi; non actioni depositi:

Ad §. Quod si 2. C. A. th. 12. n. 5. th. 28. n. 2. th. 39. n. 4. de R. V. Rac. 3. §. 5.
Ad §. Signati 3. C. A. th. 12. n. 5. §. 28. n. 2. Rac. 3. th. 5.
Ad §. De veste 4. C. A. th. 12. n. 6. Rac. 3. th. 5.

200 INDEX LEGUM TITULI D. DE FURTIS

Ad § Qui rem 5. C. A. th. 8. n. 27. th. 10. n. 2. & 8. th. 12. n. 3. Rac. 2. th. 37.

Ad § Furtum autem 6. C. A. th. 8. n. 27. th. 10. n. 2. & 8. th. 12. n. 3. th. 16. n. 38. th. 17. n. 1. de pignor. th. ult. n. 11. d. t. th. 6. n. 7. ut in possess. legat. vel fideicom. Rac. 2. th. 27. & 28. th. 37. 79.

Ad l. 20. *Ad l. Cum as* 20. pr. C. A. th. 9. n. 10. th. 10. n. 8. th. 17. n. 10. th. 18. n. 3. de pignor. actio. Racem. 2. th. 7. Eadem distinctio refertur & Sabino discrete imputatur *in l. si quis in pignore* 36. de pignor. actio. nimirum furtum nihil aliud est, quam interversio possessionis. C. Rac. 2. th. 8. At si debitor nondum transtulerit in creditorem pignoris possessionem; non poterit dici eam intervertisse E. nec antea furti tenetur quam per actionem pignoris possessionem transtulerit. *A. Fab. in rational. ad ill. l. 36.*

Ad § Si bona 1. C. A. th. 8. n. 28. th. 10. n. 14. th. 12. n. 26. th. 14. n. 1. th. 9. n. 1. de condict. furtiv. th. 20. n. 2. in fin. de acquir. vel amittend. possess. Rac. 2. th. 27. th. 37. th. 57. jung. not. *inf. ad l. 53. §. 4. h.*

Ad l. 21. *Ad l. Sulgaris* 11. pr. C. A. d. 3. n. 7. d. 12. n. 7. th. 26. n. 3. th. 27. n. 3. d. 11. n. 1. de privat. delict. Rac. 2. d. 21. th. 39. 41. 83. Decisio vertitur in distinctione tum rerum. C. l. 30. de usucap. juncto parag. 4. C. 5. h. t. tum potentia auferendi, parag. 8. h. t. Meril. 1. Obs. prior. 24. f.

Ad Parag. si is 1. Hunc textum gl. pulchrum prædicat & satis planum si rectè punctuetur: (pro, interpungatur seu virgulis distinguatur) neque tamen expedit, quomodo hæc consistant: quod deponens simul dicitur scire in sacco per errorè dato, *triginta* aliena inesse: & simul putare sua *viginti* inesse. Nimirum hac l. 21. parag. 3. in furto potissimum animus lucri cupidus inspicitur: Ergò si maximè deponens sciat in sacco. 30. inesse: quia tamen 20. suo nomine, & opinione sua 20. recipiendi, accepit: Non potest in plus quàm 10. teneri, conf. l. Si jussu 44. parag. 1. h. t.

Ad Parag. Si quis 1. C. A. d. 12. n. 9. d. 14. n. 1. th. 26. n. 5. th. 27. n. 3. Amaja lib. 1. observ. 3. n. 8. Ratio est: quia hæc conjunctim requiruntur, rei contrectatio & animus lucri cupidus, Rac. 2. th. 43. & 49.

Ad Parag. Sed § 3. C. A. d. 12. n. 8. & 10. d. 14. n. 1. th. 26. n. 4. th. 27. n. 3. th. 9. n. 6. de vi bonor. raptor. Ratio generalis est in parag. placuit 7. in fin. Instit. h. t. l. 46. parag. rectè h. t.

Ad Parag. Sed si 4. C. A. d. 12. n. 10. d. 14. n. 1. d. 26. n. 4. in fin. Ratio est: quia accessorium hoc loco perdit suam naturam & induit naturam principalis, cui fuit annexum. *Can. accessorium* 42. de R. 1. in 6. *Roman consil.* 330. n. 14. Scypho enim ansa cedit, veluti pars suo integro. l. 26. parag. 1. de A. R. D. & absurdum esset furè se tueri posse exceptione ansæ, ne totius poculi fur videatur *N. & h. t.*

Ad Parag. Sed si de navis 5. C. A. d. 12. n. 7. d. 26. n. 3. d. 27. n. 3. Rac. 2. d. 38. §. 41. & 83. Rationem diversitatis C. in l. 30. de usucap. *Salmas. de primatu Papa. p.* 25. De cisterna Vini v. Pancirol. 1. *Variar. lectio. c. 61. Gothofr. h. t. C. l. 27. parag. ult. ad L. Aquil.*

Ad Versic. durum est dicere: Sunt enim hæc corpora *in ἑστὶν ἀνεπιπέδων*, ubi plura singularia corpora in unum colliguntur cumulum. C. l. 5. pr. l. 23. parag. item quacunq. 5. de Rei Vind. (ubi Cujac. in Paulo) l. 30. de usucap.

Ad Parag. Certè si 6. C. A. d. 12. n. 7. d. 26. n. 3. d. 27. n. 3. Rac. 2. th. 83. de apothecis C. Gothofr. in l. 12. parag. 29. de instruct. vel instrum. legat.

Ad Parag. Qui furto 7. C. A. d. 9. n. 15. d. 14. n. 1. d. 17. n. 3. d. 35. n. 3. de injur. th. 4. num. 33.

- n. 33. Carpz. part. 4. constitut. 32. defin. 2. v. Racem. 2. §. 43. quod si quis criminaliter agere velit, licebit id ei etiam *ex l. 7. de extraord. crimin.* Diversum Iur. Can. placuisse notat Rittersh. 6. differ. 4. per can. 12. caus. 23. q. 4. ubi pro fure habeatur ascendens per aliam partem, quamvis nihil adhuc contrectarit. Quamquam revera nec Anselmi ea sententia videatur, nedum Salvatoris nostri, ad cuius oraculum in d. can. alluditur.
- Ad Parag. Item § 8. C. A. §. 9. n. 15. §. 12. n. 11. th. 17. n. 13. th. 26. n. 3. Rac. 2. th. 38. 40. 41. 44. 45. & 83.*
- Ad Parag. Si duo 9. C. A. §. 20. n. 21. §. 26. n. 10. th. 28. n. 4. th. 34. n. 3. de tut. & ration. distrah. Rac. 2. §. 82. Rac. 3. §. 32. Rac. 4. th. 27. & 31.*
- Ad Parag. Quamvis 10. C. A. §. 26. n. 3. in fin. th. 2. de condict. furt. Rac. 2. th. 41. & 45. f. Rac. 4. th. 42.*
- Ad l. Si quid 22. pr. C. A. §. 7. n. 1. §. 14. n. 1. th. 17. n. 3. th. 6. n. 9. Racem. 2. th. 44. Ad l. 22. th. 89. adde l. 41. parag. un. in fin. ad L. Aquil.*
- Ad Parag. Si eo 1. C. A. §. 7. th. 9. n. 15. th. 12. n. 13. th. 14. n. 1. Rac. 2. th. 49. & 89. neque amplius procedit aut extenditur furti æstimatio, quam qua animus ac lubrico lucrificandi est progressa. l. 21. parag. 1. h. t.*
- Ad Parag. Qui lancem 2. C. A. th. Racem. 2. th. 41. Rac. 4. th. 42. dices furem hic tantum particulas rasas auferre: E. de lance non teneri, arg. l. 21. parag. 5. h. t. Resp. Gl. dist. inter rigorem & æquitatem; ex qua teneatur tantum ad interesse. Enimvero quia non simplex interesse in actionem hic venit, sed duplarium vel quadruplarium: rectius dixerimus: rasuram hic intelligi, non damni dandi, sed lucrificandi causa factam h. l. 22. pr. nempe ut rafa melius & tutius, renovata veluti figura, possit auferri & abscondi; non tam facile agnoscenda signis erasis, itaque licet fur ante ablationem fortè impediatur; quia tamen totam tollere potuisset, ideo de tota etiam teneri. Rac. 2. th. 41. animus enim hic non tam æstimatur ex facto omissionis, quam commissionis & potentia propinqua. & Mascard. de probat. conclus. 99. n. 2. §. seqq. collat. l. 7. C. ad L. Cornel. de sicar. l. un. de his qui parent. vel liber. occid. De Verbis: ad id quod Domini interest. consule Rac. 2. th. 83. in fin.*
- Ad l. impuberem 23. C. A. §. 8. n. 38. §. 14. n. 2. th. 16. n. 32. th. 20. n. 7. th. 7. n. 1. de condict. furt. §. 7. n. 2. ad L. Aquil. th. 9. n. 3. eodem th. 12. de tutel. §. 41. Parag. 2. de acquir. vel amittend. possess. Rac. 2. §. 27. §. 80. Rac. 3. §. 16. ad Vers. item Verum est Rac. 4. §. 36. Ad l. 23.*
- Ad l. Nec minus 24. C. A. §. 16. n. 32. §. 7. n. 1. de cond. furt. Rac. 4. §. 36. nec obstat l. 2. de condict. furt. Resp. tenetur n. ibi infans, non ex persona & facto suo; sed ex persona defuncti, si ei necessarius heres extiterit: tenetur autem id est obligatur: quamvis cum ipsomet iudicio agi nequeat: sed cum tutore ejus agendum sit & Cujac in Iuliano ad l. 23. Ad l. 24.*
- Ad l. Verum est 25. pr. C. A. §. 12. n. 1. §. 13. n. 1. §. 17. n. 23. Rac. 2. §. 32. Ad l. 25.*
- Ad Parag. Unde 1. C. A. §. 2. in fin. de condict. tritic. §. 54. n. 3. de interd. Rac. 2. §. 65. adde Cujac in Paulo ad l. 4. parag. 21. de Vfuscap.*
- Ad Parag. Eorum 2. C. A. §. 12. n. 14. quia res istæ jam sunt à fundo separatæ, adeoque mobiles. §. l. 8. parag. 2. arb. furt. casar. Rac. 2. §. 32.*
- Ad l. Si apes 26. pr. C. A. §. 13. n. 6. §. 17. n. 22. v. Parag. affium 14. & ibi Dd. Inst. de R. D. & A. R. D. itemque in l. 8. parag. 1. famil. erisc. Ad l. 26.*
- Ad Parag. item constat 1. C. A. §. 12. n. 14. §. 16. n. 37. §. 18. n. 9. §. 30. n. 2. de usur. §. 34. n. 5. eodem. conf. not. ad l. 14. §. 2. h. t. Rac. 3. §. 18. Ad*

- Ad l. 17.** *Ad l. Qui tabulas* 27. pr. C. A. 0. 12. n. 1. 0. 16. n. 21. th. 26. n. 8. 0. 3. n. 9. de condicte. furt. 0. 9. eodem. 0. 21. n. 2. ad L. Aquil. 0. 13. pr. de judic. 0. 7. n. 11. ad L. Cornél. de fals. Salmaf. de modo usurarum pag. 423. Rac. 2. 0. 48. 0. 83. 84. 87. Racem. 4. th. 24. n. 2. Rac. 3. 0. 7. clarius & in summa res tota proponitur cum ratione. *in l. Fullo* 82. §. ult. h. e. Est autem locus aliàs notabilis de chirographis & confessionibus solutione seu satisfactione. l. 9. §. 3. de pignorat. att. extinctis, von gerödreten Brieffen. l. 18. de solusson. quod chirographa & confessiones ejusmodi inanes & vacuz ad vitandas varias difficultates repetendæ sint à creditoribus aut condicendæ l. 2. C. de condicte. ex lege. §. Mornac. in l. ult. C. ad ex-lesb. Bornit. lib. 2. de re instrum. c. 2. Salmaf. lib. de usur. cap. 5. pag. 134. text. & Dd. in l. 47. de pact. Alibi dicuntur *dürze Brieffe*. præcipue in clausul. Cassat. antiquorum instrumentorum: *Vnd wann die Jahrzahl außkoms met / sollen alle vorgeschriebene dinge abe / dürze Brieffe / rodt vnd brestloß sein.* Novam dubitandi causam proponit & diluit ICus infra in l. 32. h. t.
- Ad §. Inde** 1. C. A. 0. 12. n. 15. 0. 17. n. 32. 0. 26. n. 8. th. 17. n. 2. Latet responsio negativa in ipsa quaestione, ut constat ex §. seq. & est figurata dicendi ratio, quando sermo inflectitur per interrogationem, quo acrior fiat ac vehementior: Vt in illo Ciceronis, Catil. 1. quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostrâ? & patere tua consilia non sentis? Poterat enim recta dixisse oratione: diu abuteris patientia nostra: Et Patent tua consilia. *Sid. Voss. lib. 5. Instit. orator. cap. 5. fig. 4.*
- Ad §. Apocha** 2. C. A. 0. 12. n. 15. 0. 2. de acceptil. docet autem hic §. quod dicere occupavimus, etiam in §. negativam responsionem esse subaudiendam. Cæterum de apochis, inter recentiores, videndus est diligentissimus collectarius, Amaya ad rubr. C. de apochis publ. ac præterea Cujac. in Paul. ad Edictum pag. 87. Brisson. lib. 1. de Verb. signif. p. 33. B. in hac voce. E quo Salmaf. de Usur. cap. 6. pag. 131. Vt inter alia Artemidori allegatio nimis quam manifeste arguit. Alibi Græci *ἀποδείξιν* nominant. v. Cujac. in recit. ad tit. C. de pact. conv. tam super dote. Besold. thes. in voce qui tunc.
- Ad §. Sed si** 3. C. A. 0. 8. n. 23. th. 17. n. 11. 0. 27. n. 4. 0. 35. n. 5. th. 51. ad L. Aquil. 0. 65. eodem. 0. 3. de aur. & argent. legat. Rac. 3. 0. 20. Rac. 4. 0. 24. deletio autem h. l. tam profida cum contrectatione habetur, juxta Rac. 2. 0. 47. quando ad lucrum & commodum delentis tendit. *Farinae. 68. n. 20. adhib. l. 41. §. ult. ad L. Aq.*
- Ad l. 18.** *Ad l. Sed si* 23. C. A. 0. 8. n. 23. 0. 26. n. 8. 0. 27. n. 4. 0. 3. n. 9. de condicte furt. omnino ac ante omnia v. Rac. 1. 0. 75. Rac. 2. th. 88. Racem. 3. 0. 23. adde Cujac. in l. Omnis hereditas. 138. §. nunquam 1. d. R. H.
- Ad l. 19.** *Ad l. Hoc amplius* 29. C. A. 0. 8. n. 23. 0. 35. n. 7. th. 6. & 8. quor. bonor. Racem. 3. th. 20. ad Vers. & interdicto Ratio est: quia tabulæ sunt res hereditariæ ac ita de bonis; fur autem pro possessore possidet, aut dolo desit possidere. C. A. th. 6: quor. bonor.
- Ad l. 30.** *Ad l. Si hereditaria* 30. C. A. 0. 8. n. 23. th. 6. & 8. quor. bonor. Est autem textus vel horsum notabilis, quod sensum per se non constituat absolutum, sed limitationem circumponat textui præcedenti, ex alio plane libro petito.
- Ad l. 31.** *Ad l. Sed* 31. pr. C. A. 0. 8. n. 23. n. 23. 0. 35. n. 5. Puto autem hanc legem superioribus ita coherere, ut de concursu harum actionum tractet (contra quam gl. hic censet.) *per losiquis. 41. §. ult. ad L. Aquil. facit l. 29. h. t. in Verb. hoc amplius*

amplius v. Rac. 1. th. 71. & seqq. Rac. 2. d. 23. Cæterum per imaginem possis forte hic etiam intelligere, imaginem seu characterem sigilli, ut in l. 22. §. 5. de testam. le cachet. *Cujac. lib. 12. quest. Papin. in l. 30. §. pen. h.* aut ipsius debitoris instrumentum debiti obsignantis, ut in l. 27. §. ult. h. aut signatorum. l. 31. §. 1. h. tit. Marc. Velfer. lib. 4. rer. August. Vindelic. p. 59. f.

Ad §. Si quis 1. C. A. d. 8. n. 23. d. 12. n. 22. d. 16. n. 21. th. 2. pro soc. Sensus clariorem facit l. 81. h. t. ubi crimen furti crimini peculatus opponitur, ut ibidem plenius d. Hoc loco illud expediendum. Quo sensu *Respublica municipii*, cæteris rebus publicis opponatur? Silentibus cæteris, dico: Rempubicam primo loco sumi materialiter pro bono, utilitate, seu malis, archivio aut arca municipii, q. d. einer Landstatt gemein gut/ Zillmende ut in l. 2. C. de advocat. 2. Posteriore loco, nempe in fin. l. formaliter, pro qualicumque universitate puta prefecturæ, coloniarum, oppidi, vici, pagi, castri einer jeden Commun und Gemein. quæ authores nostri accuratè distinguunt. ut in l. Manilia, Iulia, vigesima §. Paul. 4. sentent. tit. 6. parag. testamenta. Aliquando etiam administratio & regimen civitatis, civitati opponitur, ut in l. ult. C. de jure Reipubl. lib. 11. V. N. Loffæum de jure Civit. cap. 1. 2. Et passim. Et omnino *Cujac. in comment. ad l. 15. §. seqq. de V. S.*

Ad l. Quidam 32. pr. C. A. d. 8. n. 23. d. 16. n. 21. th. 26. n. 8. Racem. 2. d. 48. Exhibetur in hoc textu diluiturque difficilis dubitatio ad l. 27. h. t. eorum scilicet qui negabant subtractis debitorum tabulis istud in æstimationem venire debere; sed tantum tabulas putabant æstimandas esse: quod enim non potest probari, inquebant, id nec potest æstimari. Atqui subtractis furto tabulis non potest probari debitum. E nec debitum potest æstimari. Minor probatur: quia si actione furti posset probari debitum; posset etiam probari in judicio conditionis. At hoc impossibile est subductis tabulis. *Resp. Ictus*: non esse hoc per rerum naturam impossibile, multis enim modis posse contingere, ut Dominus tabulas recipiat ex hisque debitum probet: Atqui hinc itidem elucescere quanti sua interfuerit, si tabulas nactus non fuisset, siquidem ita credito suo excidisset. Consimilis ratio dubitandi & decidendi proponitur in l. argentarius. 10. parag. ult. de edend. ubi simul alia responsio indicatur: fieri nimirum posse, ut quod antea non potuimus intercepta cautione, probare: hoc nunc aliis instrumentis aut testibus. (quos litis motæ tempore quis non habuerit in manu) vel etiam argentario nunc rationes edente probare possimus, *Conf. Treutl. 2. disp. 23. d. 5. lit. D.*

Ad Parag. De lege 1. C. A. th. 26. num. 8. quod modo diximus, posse probationes etiam aliunde emergere & futuro etiam tempore suppullulare: Exemplo egregio declaratur in hoc §. ubi duplex proponitur quæstio. una de L. Aquilia membro priore, altera de furti actione membro posteriore Et in l. quidem Aquilia, major potest incidere dubitatio, quemadmodum item probari possit, quanti ejus (cujus Chirographum delictum sit l. in l. 40. Ad L. Aquil.) intersit?

Cc

Resp.

Resp. dist.
utrum mi-
hi res vel
pecunia
debita sit

Parè: ubi sub-
dist. utrum
eo tempore
quo agebam
de pecunia
credita, pro-
bare

Non potuerim & ob id victus litem amiserim: tum
is qui delevit v. g. aut furripuit tabulas; si proba-
re nunc in iudicio L. Aquil. possim, quanti meâ
interfuit, reparare mihi damnum debet, utcumq;
postea interesse desierit, repertis fortè novis pro-
bationibus, quæ tum erant abditæ & occultæ.

Potuerim alias probare eo tempore quo chiro-
graphum deletum aut surreptum fuit, quantum
mihi deberetur, (puta testibus vel scriptura men-
sæ sive mensariorum & argentariorum l. 27. §. 1. h.
r.) Et huic damnum fecisse non videbor, aliis
probatibus interim suppetentibus, d. l. 27. §. 2.
h. r. adeoq; nec actio L. Aquil. locum habebit.

Hic quidem proponitur sub tali figura: credidi pe-
cuniam Titio sub conditione, ut, solvat tunc de-
mum si hoc vel illud factum fuerit: pendente
conditione surreptum est mihi vel deletum chi-
rographū: sed nihilominus testibus vel aliis pro-
bare poteram, quantum mihi deberetur, qui ta-
men mori possunt, pendente conditione, quid
fiet? aut qua ratione mihi consulam, ut salva mi-
hi sit probatio debiti, vel ut mihi sit salvum id
quod interest? An statim agere poterò ex L.
Aquil. adversus furem chirographi, vel corrumpentem aut delentem?

Sub conditione
quæ quæstio

Sed non resolvitur expresse, (hoc loco) cum alibi
ab eodem Paulo resoluta sit, *nimirum in l. 41. ad*
L. Aquil. & hic sufficiat difficultatem hujus quæ-
stionis ostendisse. Quanquam autem (pro dubi-
rat.) negandum videatur statim actionem com-
petere cum antequam extiterit mea nihil inter-
sit, cum nec tum debeat. Hoc tamen non ob-
stante Resp. Paul. in d. l. 40. posse agi ex L. Aquil.
etiam hoc casu, nempe ut summatim re exposita
iudici suspicionem ei injiciam, fieri posse, ut
pendente conditione testes interim moriantur,
eoque probandi facultas mihi omnis intercidat:
ad hujus casus & periculi suspicionem commo-
tus iudex interim testes interrogabit, qui adhuc
vivunt ad futuram rei memoriam: & reum etiam
condemnabit in futuri damni æstimationem:
sic tamen ut non exigere iudicatum liceat ante-
quam damnum in effectu contigerit, id est con-
ditio æris alieni extiterit. *Cujac. in lib. 3. Paul.*
ad d. l. pag 87. §. 88.

Propo-

De furti actio-
ne, altero hu-
jus in quibus
membro, Quæ-
stio itidem &

Proponitur: h. l. Pone me (creditorem) petiisse creditum à debitore: cum autem deficerent probationes quod Titius chirographum subtraxisset, testes & signatores qui rem communissent (ut rectè in Florent. nec opus est ut cum aliis substitua-
mus commemorassent, V. Gothofr. in corpore glossato h. l. Etenim creditores morosi non contenti erant stipulatione & promissione debitoris, sed chirographum insuper exigebant, quod pararii & testes signaculis suis veluti communicabant, id quod tenentes ipsummet debitorem veluti manu tenere videbantur. Seneca lib. 3. de beneficiis. c. 15. & 23. Ex hoc autem textu nostro, ut hoc obiter dicam, manifestissimè refellitur Salmaf. de usur. c. 6. pag. 152. qui impudenter negat, tabulis per quas nomina fiebant, signatores adhibitos fuisse) præ-
sentes non adessent, me succubuisse, atque ita debitum amississe, debitore absoluto: Q. si postea comperero furem, qui chirographum interceptit vel delevit; annon hic testibus, jam reversis vel comparentibus uti poterò adversus furem, ut summam creditæ pecuniæ in actione de furtis probem, & is in duplum, summæ creditæ condemnatur?
Resolvitur iterum tacitè per figuratam (V. Vossium lib. 5. Rhetor. c. 13. fig. 2.) hanc interrogationem, affirmativè: l. 27. h. l. & sextum parallelum l. argentarius 10. §. ult. de edend.

Ad l. Tutor 33. C. A. d. 8. n. 37. d. 16. n. 30. d. 20. n. 22. d. 35. n. 11. Rac. 2. d. 7. & 27.
Ad l. Is qui 34. C. A. d. 4. n. 3. & 8. Racem. 2. d. 19. ubi ratio hujus legis indicatur; cui addenda altera in Rac. 4. d. 42. & in resp. d. 5. & 7. Limitatio autem subjicitur in l. seq. & Rac. 2. d. 20. ac 21.
Ad l. Si quis 35. pr. C. A. d. 3. pr. & n. 5. d. 4. n. 48. d. 20. n. 20. Rac. 2. d. 12. 20. 21.
Ad §. Si unus 1. C. A. d. 3. 4. & n. 9. d. 21. n. 1. d. 28. n. 4. Rac. 2. d. 21. Rac. 4. d. 28. 42.
ibid. Respons. d. 37. in fin.
Ad l. Qui servus 36. pr. C. A. d. 20. n. 10. d. 12. d. 21. n. 4. & 7. d. 14. n. 3. mandat. Ra-
tionem l. subindicat Rac. 2. d. 43. & 49. h. l. Rac. 4. d. 10. d. 17. & in primis d. 24.
n. 3. d. 27. 30. atque iterum præcipue videnda d. 37. Racem. 5. d. 25. Non obstat,
quam gl. objicit (1.) l. Neratius XI. §. quamvis 2. de serv. corrupt. ex hac
enim ipsa lege distinguendum, utrum servus tantum fugerit, an verò res do-
minicas simul secum abstulerit; priore casu furti non tenetur. h. l. 36. pr. quia
consilium tantum ad fugam directum fuit: non etiam ad furtum Domino fa-
ciendum: d. Rac. 2. d. 43. potest enim fuga alium etiam finem quam lucrifa-
ciendi habere; puta vindictæ, aut cõmiserationis, ad sævitiam domini evitadam:
§. ult. in f. l. de L. Aquilia. sine autem deficiente deficit furti requisitum præ-
cipuum, d. Racem. 2. d. 49. adeoq; si consilium non sit ordinatum ad furtum fa-
ciendum, consultor non obligabitur l. 50. §. ult. h. l. & Rac. 4. d. 24. n. 2. Posteriore
casu, consultor seu sollicitator facti omninò obligatur ex actione furti O. C. fa-
cti h. l. 36. §. 2. ibi: cum rebus: & ibi: rerum nomine. & d. l. XI. §. quamvis 2.
cum enim hic omnia delicti requisita concurrant: contrectatio rerum, animus
dolofus, & lucrum seu eventus ipse, meritò etiam is qui consilium directivum
dat, tanquam princeps delicti & origo malorum, convenitur. l. in hoc judicium
10. d. 1. de serv. corrupt. qua responsione admissa, ut sane alibi quoque ea in-

Ad l. 33.
Ad l. 34.
Ad l. 35.
Ad l. 36.
C c 2 culca-



culcatur, & *Veluri in l. si quis 26. de injur. l. qui servum 34. d. 0. C. A.* non opus erit, ut cum gl. hoc principium l. 36. restringamus ad casum quo fuga non fuit secuta. Cum ea restrictio textui generaliter loquenti haud quaquam conveniat.

Minus obsistit, quam gl. secundo loco objicit *l. consilij 47. de R. l.* (cujus posteriorem decisionem gl. urget: nempe si consilio intercesserit fraus & dolus, saltem de dolo actionem dari. Iam autem hic suavor servo malum consilium dedit, ut fugeret; quod dolo carere non potest. E. saltem de dolo actio dabitur.) Neque enim hic quaeritur an nulla alia actio detur: sed annon furti actio detur: quod & ratio subjecta, demonstrat: *ibi, haec enim furti non admittunt actionem.* Alias de malo consilio nota est distinctio utrum in delicta cadat vel in contractus: In maleficiis malum consilium propriis actionibus coercetur: sic in furto, actio ope consilio datur in duplum *l. ult. C. de noxal. act.* in servo malo consilio & fraudulenta persuasione corrupto v. g. ut fugam capesseret, datur actio servi corrupti *l. 1. pr. C. 3. de serv. corr.* In contractibus autem & praecipue mandati (ad quod negotium. l. 47. de R. l. potissimum respicit) malignum consilium coercetur actione de dolo, non mandati *l. ideoz 10. §. si quis en. 7. mandat.* Denique nec obest tertius, quem gl. objicit textus *l. 10. C. de serv. fugit.* ubi servi fugitivi furtum fieri dicitur: & quidem sic, ut ejus nomine etiam furti actio detur: cum ergo in ipsa fuga furtum insit, sequitur eum qui fugam persuadet, etiam furtum persuadere: adeoque vel ex nostrate hypothese teneri. Etenim, ut alias glossa responsiones mittamus: communiter approbata est secunda ejusd. gl. conciliatio: d. l. 1. sententiam non esse simpliciter & proprie accipiendam, cum subjectum & objectum facti non debeat, ac ne possit quidem, confundi: *Cujac. 17. Obs. 10.* sed fictione quadam ad respectum usucapionis reducta ne scilicet servus usucapi aut longo tempore acquiri possit, ut *disserere habet rexus l. 3. de Acq. possess. ubi §. Cujac. C. que ad d. 1. de serv. fugit in praesertionibus dicta sunt.* Verba: *aut manus sibi inferret,* gl. perperam interpretatur ut idem significet, quod manus sibi detruncare: cum revera nihil aliud noverent, quam *ἡν ἑαυτοῦ χεῖρας: ut in l. ult. de bonis eorum qui l. 1. C. cod. l. 38. §. ult. de pen. l. 1. de obseq. parent. C. patron.* quod etiam praecedens exemplum praecipitationis subinnuit.

Furti tenebitur quasi ope id est tenebitur illa actionis furti formula, quam dicimus: *ait ope consilio tuo furtum factum esse.* Notandum autem est ad supplementum *l. 44. & seq. Rac. 4.* eam actionem posse etiam concurrere, non tantum cum conditione furtiva: sed etiam cum actione servi corrupti: sic ut altera alteram non consumat: siquidem non eadem res in omnibus versatur; nec idem in omnibus intenditur. Nam conditione furtiva rem persequimur: actione furti O. C. meram poenam dupli. Actione servi corrupti duplum quanti interest. *l. 11. §. ult. de serv. corr.* Nempe quia diversa sunt maleficia, furis (hoc est ejus qui etiam pro fure habetur, quod furem ope consilioque adjuvit) & emptoris: qui lucri & furti faciendi scopum non habet; interim utrumque vindicandum est: perinde ut injuria etiam, *l. 26. de injur. Cujac. in lib. 19. Pauli ad edict. ad l. 11. de serv. corr. adde Rac. 2. d. 71. C. seqq.*
Ad §. Item placuit. 1. C. A. d. 16. n. 48. d. 14. n. 3. mandat. d. 2. rer. amotar. Rac. 4. d. 27. & in primis d. 35. adde in respons. ibidem subjecto d. 5.
Ad §. Item Pomponius 2. C. A. d. 20. n. 10. d. 14. n. 3. mandat. Rac. 4. d. 38. v. dicta ad pr. hujus l. 36. *Ad §. 36*

Ad §. Si duo. 3. C. A. §. 8. n. 30. §. 16. n. 35. Rac. 4. §. 6. certum enim est servos quoque furtum, tanquam probrum naturale, admittere l. 23. h. t. Rac. 2. §. 27. certum etiam est furtum committi celando & occultando l. 48. §. 1. h. t. E. si duo, diversorum Dominorum servi, & gl. h. t. se invicem occultent, & dominos inquirentes frustrentur: invicem tenentur h. §. ult. nim. si extra ordinem agatur, ut ipsi in corpore poenam sustineant: si civiliter: is qui in potestate servum habet l. 41. §. 2. h. t.

Ad l. Si pavonem 37. C. A. §. 12. n. 6. §. 29. §. 16. n. 35. §. 21. n. 10. §. 22. n. 10. de A. R. D. Ad l. 37. Rac. 4. §. 37. per pavonem autem mansuetum, plerique hic intelligunt mansuetum, cum pavo per se feræ naturæ sit. §. 15. ubi D. Locam. & Vinnius Instit. de Rer. division. facit pro ea explicatione l. 5. §. 6. ibi cervos quidam ita mansuetos habent de A. R. D.

Ad l. Mater filij. 38. pr. C. A. §. 13. n. 5. §. 17. n. 21. §. 15. de his qui sui alie: iur. sunt Ad l. 38. Rac. 2. §. 33. haud dubiè verò ad differentiam inter patrem & matrem assignandam, præmissa est in quibusdam exemplaribus lacinia de patre, ex l. 14. §. 14. h. t. quæ tamen in Pisanis non habetur.

Ad §. Liberarum 1. C. A. §. 12. n. 16. §. 13. n. 5. §. 4. n. 2. de condict. furt. Rac. 2 §. 332. Ratio differentia (inter actionem furti & condictionem) communiter hæc assignatur: quod condictio competat veri Domini jure, quale patres in liberos non habeant; sed aliquod jus instar domini. Bachov. ad §. interdum. 9. Instit. h. t. & ex eo Vinnius. ibidem. Quam rationem jam olim glossa quoque hic annotavit, quod scilicet condictio tantum detur jure proprietatis: quale jus parentes in liberis non habent. Atqui regula juris in l. ult. in fin. usufructuar. quemadmodum. c. 6. contrarium potius sonare videtur: nempe condictionem regulariter (§. l. 2. de condict. tritic.) Domino non dari: sed potius non domino: per rationem: quod condicere nihil aliud sit, quam intendere adversarium dare oportere §. 14. Instit. de actio. Cujac. ad l. 4. §. 1. de reb. cred. qui verò jam antè Dominus est, magis Dominus fieri non potest, l. non ut ex pluribus 159. eodem l. in bello 12. §. si quis servum: de captiv. & postlim. revers. nisi allegati Dd. hoc senserunt: regulariter eum qui condicit hac formula uti: aio te mihi dare oportere. Cujac. d. loc. Dare autem nihil aliud est, quam dominium transferre. l. ubi autem 75. §. ult. de V. O. l. non videntur 167. de R. I. At hoc modo liberæ personæ dari nequeunt, ut Dominio actorum addicantur: E. potissimum propter objecti conditionem deficiet condictio.

Ad l. Verum est 39. C. A. §. 9. n. 10. §. 17. n. 29. §. 20. n. 19. §. 21. n. 4. & 11. §. 4. n. 4. Ad l. 39. de acqu. vel amitt. possess. §. 15. n. 7. de injur. §. 4. n. 4. ad L. Cornel. de sicar. Racem. 2. §. 30. Rac. 3. §. 16. Rac. 4. §. 11. §. 24. n. 2. Perez. C. de rapt. virgin. n. 11. in Versum tantum vel Fubin. Ratio decidendi obscura est: sic autem declaratur à P. Gregor. lib. 36. syntagm. ult. n. 10. causam (1.) libidinis excusare suppressentem scortum, ne in L. Fabiam incidat. quia plagium sit liberi hominis vel servi alieni suppressio dolo mala facta: Hic a. causa intervertendi A. Matthai de plagio. c. 1. n. 5. Impunitum autem (2.) constitui reum: ob personæ quam suppressit vilitatem quæ turpitudine vitæ indignam se legum animadversione reddiderit, facit l. 82. §. 2. h. t. ubi V. Quinimò satis puniri suppressentem facti ignominia: juxta illud Græcorum dictum: τὰ ἰοῦ πλημμελήματα ἀντισυλλογίζονται: Paria delicta mutua pensatione, imprimis cum pecuniari-

ter interest, l. 10. §. 2. d. *compensat.* dissolvuntur. l. *Viro.* 39. *solut. matrim.* l. 7. *rer. amotar.* v. novissimè amicum nostrum Dominum Licent. Henric. Schrö-
terum Hamburgens. in *disputatione sua inaugurali de compensat. cap. 4. n.*
35. & 37.

Ad l. 40.

Ad l. Qui jumenta 40. C. A. d. 2. d. 8. n. 6. Race. 2. d. 46. in fin. Ratio pendet ex
ipsius furti definitione: quâ docemur furtum committi non illo solum actu,
cum quis rem alienam intercipiendi causa amovet: Verum etiam si quis id fe-
cerit, solius usus rei in lucrum suum transferendi gratia. §. *furtum* 6. *Instit. h.*
r. V. C. A. h. r. d. 2. junct. d. 8. n. 6. Rac. 2. d. 46. f. Quamvis autem hanc quo-
que legem inter abrogatas referat, Philip. Bugnion. *lib. 2. de leg. abrop. c. 65. p. 159.*
cumque novissimè sequutus Bernh. Autumnus, in *collat. juris Gall. cum Ro-*
mano, h. p. 601. Quod etiam ex nostris tradit Heigius *ad d. §. 6. n. 7.* Ego ta-
men libenter hanc discrepantiam usus à lege retulerim aut restrinxerim ad
pœnam corporalem quâ nunc fures plerunque afficiuntur: Cum *Vinnio ad d.*
§. 6. Vers. Veluti si quis. si verò civiliter & ad pœnam pecuniariam agatur: nihil
innovandum aut mutandum arbitrer. cum G. Schulzio in *not. Instit. ad d.*
§. 6. h. r.

Ad l. 41.

Ad l. Si cum 41. pr. C. A. d. 18. n. 25. d. 19. n. 28. conf. §. ult. h. r.
Ad §. Adrogatorem 1. C. A. d. 18. n. 22. d. 24. Ratio prioris membri, quod potis-
simum dubitationem habet, pendet ex §. 1. *Instit. de acquisitione per arroga-*
tionem.

Ad §. Quandiu visit 2. C. A. d. 17. n. 40. d. 20. n. 1. d. 21. n. 1. d. 28. n. 4. d. 8. f. de
noxal. actio. d. 11. pr. eodem. Racem. 3. d. 2. item Rac. 2. d. 79. Estque hic elegans
exemplum fallaciæ ignorationis elenchi, vel dictionis secundum quid ad di-
ctum simpliciter. & *Sichar. ad l. 19. C. h. r. n. 3.*

Ad §. Si quis 3. C. A. d. 17. n. 41. d. 18. n. 25. d. 19. n. 28. conf. pr. h. l. 41. & nota ele-
gans exemplum potestatis juris postliminii ad §. si ab hostibus §. *Instit. quib.*
mod. jus patr. potest. solv. l. 16. & 18. d. capt. & postlim. revers.

Ad l. 42.

Ad l. Si servus navem 42. pr. C. A. d. 20. n. 1. d. 4. f. de exercit. actio. Cujacius, oc-
casionem verborum, *vulgaris formula*, difficultis hujus loci explicationem, susce-
pisse legitur, in *recit. ad rubric. C. de interd. pag. 1157.* quam suo hic loco re-
ferre minimè pigrabimur: non dissimulaturi, ubi opus fuerit, sensum animi
nostri aut dissensum, cum veritatis amor etiam Doctorum authoritati mereat-
ur anteponi; sic autem ille & de terminis & de casu L. loquitur: Cum veteres
ferè semper dixerint formulam pro cautione, *Veluti form. famil. erisc. form.*
commun. d. d. form. fin. regund. form. hypothecariam, (¶ *not. ad. r. t. C.*
d. form. & interp. subl. Briffon. de V. S. lib. 6. in verbo. formula) Tribonia-
num formulæ vocabulum ubique ferè sustulisse (postquam se earum actio-
num formulæ, seu conceptiones verborum à Icicis præscriptæ, à Constantino
essent sublata:) uno tantùm loco, per incuriam reliquisse nomen formulæ
nempe h. l. 42. (qui tamen locus absit à Basil. forte ob eandem causam, quod
formulæ obsolevisent) *hac Cujac.* Cæterum cum verba ista (vulgaris for-
mulæ) Briffonius de actione de peculio exaudiat: Cujac. reprobata hac ex-
plicatione Briffonii (quem sub titulo advocati Regii perstringit) Glossæ & Al-
berici sententiam probat, & actionem in factum de recepto adversus nautam,
subaudit: Nos eâ voce generalius utemur, & casum subjuncta decisione, liqui-
dus fortè, sic reddemus. Servus opulenti cujusdam Domini, navem sine ejus-
dem

dem præcitu & voluntate exercuit, & in ea aliquid à vectore servandum recepit, id quod furto sublatum est. Q. Adversus quem & qualis actio competat? Disting. an actio intentetur

Servo *adhuc in potestate posito: ubi subdisting. an furtum fecerit.* Extraneus (quem Ictus intelligit nomine alterius) putatur vector. *Cujac. h. r.* quo casu dabitur adversus Dominum ex vulgari formula de recepto actio peculiotenus. *Exercitor ipse: & tum dabitur in dominum actio de recepto noxalis; ita Cujac.* Nec impedit quo minus sub eadem qualitate dicamus dari actionem furri noxalem §. 4. *Inst. de noxal. actio.*

Ratio utriusque hujus decisionis est: quia inter servum & liberum hominem iudicium consistere non potest, servus fori non est capax, ideoque servitute manente ex delicto cum eo non agitur, sed dominus noxali actione convenitur. *Cujac. in comm. ad tit. Cod. an servus pro suo facto.*

Intra annum quidem eadem actio datur adversus dominum l. 1. pr. §. 5. *seqq. Quando de peculio actio annal.*

Post annum vero in manumissum est actio noxalis. Vbi probè notandū (cum nemo notet) actionem noxalem hîc dici per anaphoram: respectu qualitatis quam antea obtinuerit, non quam jam obtineat; neque enim adversus manumissum jam sic agitur ut pœnam præstet, vel ut seipsum noxæ dedat; sed tenetur ipse actione de recepto, quæ ante status mutationem noxalis fuerat, & nunc hoc nomen, tantum intuitu subjecti, retinet: quia noxa caput sequitur. *per text. clarum l. 4. C. an servus pro suo facto, l. 44. §. ult. h. r.* Ex qua lege 44. §. ult. hanc regulam elicit *Cujac. pag. 253. e.* quæ actio manente servitute in Dominum noxalis fuit, ea manumissione extingitur & tum in servum transfertur recto jure: servus post manumissionem tenetur actione directa: & hoc est quod in ista L. dicitur: noxam caput sequi. Observandum autem & hoc, solas actiones noxales caput sequi, sic actio furri est noxalis: E. servus manumissus extraneo (*de Domino §. l. 6. C. h. r.*) tenetur actione furri, sic actio de dolo est noxalis. *l. si quis adfirmavit 9. §. penult. de dolo.* ideoque caput sequitur. proinde manumissus tenetur de dolo si quem etiam antea admisit *l. 1. §. si apud servum 18. depos. l. §. elegantius 7. §. servus 8. de dolo.* E. diverso quæ actiones noxales non sunt, caput etiam non sequuntur, manumissum non tenent. Sic condictione furtivâ manumissus non tenetur ob furtum in servitute admissum: *l. quod alio 15. de cond. furr.* quia condictio furtiva non est noxalis. *Cujac. d. l.* Sic ex contractu ante gesto manumissus non potest conveniri. *l. 2. C. d. t. cum nulla actio*

Manumisso:
& tum

actio sit civilis inter servum & liberum hominem §. 1. *ser. 14. de O. & A.* hæc cum non satis intelligeret ingeniosissimus A. Faber, pudendo errore in l. 24. de nox. act. vocem noxalis deteri jubet. Contra omnem juris ordinem.

Ad §. Interdum & manumissus 1. C. A. d. 17. n. 34. d. 20. n. 1. & n. 3. d. 21. n. 1. d. 3. n. 12. de cond. furt. Rac. 2. d. 80. Hoc §. aut vers. continetur ampliatio præmissæ decisionis, quod scil. actio ista post manumissionem adeo efficax sit, ut aliquando etiam in dominum detur nim. si is dolo servum manumisit, q. elusus actionem, putansque post manumissionem neutrum posse conveniri: Cujus rei declaratur & modus & effectus. *Modus* hic est quod electio detur actori, utrum velit Dominum an manumissum convenire: datur ei optio ut agat vel in hunc vel in illum, quemcunque ex his scit esse locupletiozem. Ratio est: quia ut alibi dolus est pro possessore; ita etiam hoc casu Dominus qui dolo fecit, quo minus in potestate haberet, conveniri potest, ac si in potestate haberet l. de illo 24. de nox. al. actio. ubi etiam habetur exceptio. *Effectus* electionis est, quod electa persona Domini actio in manumissum cesset & vice versa l. electio 26. d. 1. Nam electionem Prætor introduxit, ut malitioso domini actorem elusuri consilio occurreretur: non ut etiam actor geminum lucrum consequeretur, bis agendo de eodem admissio d. l. 26. Vbi quod additur: actorem hoc casu à sequenti (p. manumissi) exceptione (p. doli mali) submoveri: contrarium ei videtur: quod hic dicitur; quasi decisum (id est transactum.) sit cum Domino convento & solvente: quibus verbis innuitur liberationem ipso jure contingere: manumissum Domino solvente ipso jure liberari. Ea enim decisione vel pactione seu transactione actionem furti etiam noxalem ipso jure tolli constat. l. 13. C. b. r. l. si pro fure 7. de cond. furt. quasi hoc tacite convenerit in actu solutionis, ne deinceps cum alio agatur. *Cujac. in Paulo lib. 18. d. l. 26.* Vbi singulare hoc esse docet in actione furti, ut liberatio ipso jure contingat: cum in cæteris causis exceptione doli mali sit opus ad liberationem consequendam: de super allegans hunc textum. Et ad textus aliter nostratem impugnant, nempe l. neo ullam. 13. §. item si quis dolo 14. f. ibi: sed si is qui dolo defuit ante conveniatur; eum qui possidet, non liberabit. de pe. rit. hered. l. stichum 95. §. dolo 9. de solution. respondet: quod sc. in illis causis Præter Electionem actori non injunxit.

Ad l. Falsus creditor 43. pr. Consule Colleg. Argent. h. thes. 8. n. 3. & 17. d. 16. n. 12. & in lit. de solut. d. 13. n. 14. Addamus & hoc, quod juniores morari poterat: Obstare scilicet hujus principii decisioni Rationem dubitandi generalem quod tum demum furtum committatur quando quis v. g. nummos contrectat invito domino §. 7. & 8. Inst. h. r. Rac. 2. d. 43. & seqq. At hic falsus creditor accipit nummos à debitore volente. E. eorum nummorum fit Dominus: non fur; quemadmodum in §. seq. deciditur in falso Procuratore: ut si debitor nummos ei hac mente det, ut nummi Procuratoris fiant, Procurator falsus nullo modo furtum faciat: cum voluntate Domini nummos accipiat.

Ratio decidendi est in l. quoniam 18. de condic. furt. ubi dicitur, furtum eum omnino committere, quicumque indebitos nummos sciens acceperit. Atqui falsus iste creditor scit nummos istos sibi non deberi; & tamen ab errante & decepto accipit. E. furtum facit & furti actione merito convenitur. *Farinac. quest. crimin. 170. part. 2. n. 16.*

Ad ra-

Ad rationem dubitandi responderi potest: invitum non eum tantum accipien-
dum esse, qui contradicit: verum eum quoque qui ex animo, sciens prudens-
que consensisse non probatur. *l. filiusfamilias 8. §. in dicitur 1. de procur. l. in dicitur
rum 5. de Ser. V. P.* Atqui errantis nullus est consensus. *l. nihil consensus 116.
§ ult. de R. I. l. si quis per errorem 15. de jurisdic.* Errat autem qui in perso-
na creditoris labitur; sive putet verum creditorem eum qui revera falsus est, &
tamen se simulat verum creditorem, assumendo nomen creditoris heredisve
ejus *l. 80. §. penult. h. r. Et in hac l. 43.* Sive pro creditore Titio honesto viro,
se subijci patiatur alius Titius nequam, *ut in l. si quis uxori 52. §. cum Titio
21. Et in l. si quis rem pignori 66. §. si tu. Titium 4. h. r.* quibus casibus error
solventis non aliunde nascitur quam ex dolo & malitia ejus, qui solutionem
accipit: is vero dolus nil nisi furtum est, *ut in l. si vendidero 80. §. falsus au-
tem 6. h. r.*

Ad §. Falsus Procurator *l. C. A. h. d. 8. n. 8. & 19. d. 9. n. 13 d. 10. n. 1. d. 12. n. 2 d. 16.
n. 16. d. 17. n. 2. d. 18. n. 18.* De procurat. *d. 2. n. 2.* & in tit. de reb. author. jud.
poss. *d. 39. n. 5.* in *l. Cum de falso procuratore furtum faciente* quaestio semel ite-
rumque in *h. t.* itemque in *l. falsus procurator l. 19. C. h. r.* repetatur; omnino
expediendum est, quis proprie falsus procurator hoc loco dicatur. nim. (1.) ge-
neraliter is, qui procurator non est, qui vè mandatum non habet: (quemadmo-
dum in *t. quod falso tutore.* generaliter dicitur falsus tutor, qui tutor non est, *l.
Paulus 221. d. V. S.*) Sed hæc acceptio utcumq; hic proponatur à Bald. *ad l. 19.
C. h. r. ubi & Gothof.* non est proprie hujus loci: Alioquin is, qui *b. f. aliena*
negotia sine mandato gerit, vel qui per errorem gerit, existimans se procura-
torem, cum non sit, etiam falsus procurator esset dicendus: quod vix quisquam
admisserit. Cum lata sit differentia inter procuratorem non verum, & falsum:
quemadmodum enim inter doctum & indoctum, medius esse potest: non in-
doctus: ita etiam inter verum & falsum procuratorem est non verus, non falsus:
sed intermedius. *Cujac. lib. 1. qq. Papin. in l. 80. §. penult. h. r. p. 327. C. (2.)*
in specie ergò & ad hunc locum aptè, falsus procurator est, qui vel simulat, fin-
git & mentitur se procuratorem esse. *l. si is qui simulat 77. h. r. l. si quis ser. 80.
18. de solution.* vel imponit sibi nomen veri creditoris, quem dominus ha-
bet, *d. l. 80. §. penult. h. r. ubi Papin. falsum procuratorem describit:* qui vel
asseverat se esse procuratorem verbotenus; vel veri procuratoris, quem creditor
habet, nomen assumit. *adde omnino Sichard. ad d. l. 19. n. 4. Farmac. q. cr. 169.
n. 2. Et seq.* Subiecto sic exposito consideremus enunciata. Enim verò de isto
falso procuratore Q. an & quando à debitore pecuniam alterius nomine exi-
gendo & accipiendo furtum faciat? & licet in *d. l. 19. C. h. r.* indistinctè con-
stituatur, falsum ejusmodi procuratorem æs alienum citra Domini volunta-
tem exigentem, furtum facere: alius tamen rem hic deducit Vlpian: & distin-
guit; utrum debitor pecuniæ, falso procuratori nummos hac mente dederit, ut
eos creditori perferret, an ut nummos procuratoris faceret: Priori casu fur-
tum committere accipientem: posteriore non item. Hujus distinctionis &
termini & rationes explicandæ sunt. Ambiguum enim hoc valdè & obscu-
rum est, quomodo debitor falso procuratori possit nummos dare hac mente
ut ejus fiant, & non potius creditoris principalis. *Cujac. in Papin. d. l. pag. 328.*
terminos istos sic reddit, quasi distinguere voluerit Ictus, utrum debitor fal-
so procuratori solverit pecuniam *obsignatam*, vel *obseratam*, an verò non ob-

signatam. Ut illo casu, procurator falsus, nummos contrectans teneatur furti; non item isto. Quam explicationem sic accipio, ut alia exempla aut modi non excludantur. Ratio prioris decisionis est, quia cum debitor obsignando, obserendo vel aliis verbis aut factis contestatus fuerit, se pecuniam istam & hæc ipsa nummorum corpora velle creditori suo tradi: idè si falsus procurator loculos referet, vel aliis nummos contrectet, facit id planè contra Domini voluntatem. adeoque ex contrectatione ista fraudulenta invito Domino facta haud dubiè nascitur furti actio. *Posteriore* autem casu si pecuniam, non debitor, falso procuratori numeret, videtur ea mente solvisse, ut corpora ista fiant accipientis, & nihil refert, siue istos ipsos nummos procurator refundat creditori, siue tantundem in speciebus aliis. *Fac. l. die sponsaliorum 25. §. uni. depos.* Itaque hoc casu non potest videri furtum factum hujus pecuniæ, cujus voluntate domini id est, debitoris ipsius Dominus effectus sit: cum ista invicem repugnent. Dominum pecuniæ fieri, & ejusdem pecuniæ nomine furti teneri & furti, regulariter is duntaxat teneatur, qui non dominus est, *Cujac. d. l. Qua verò alia actione coerceatur, exponitur in d. l. 80. §. penult.* ubi videbimus.

Sed quid respondebimus ad constitutionem indistinctè procuratorem hunc furti damnantem *in d. l. 19. C. h. t.* *Sichard.* cum circa illam l. multa moveat in comment: hoc tamen dubium in oculos incurrens non remouet: fortè quia facilem responsionem ex diversitate casuum judicabat: nimirum contraria voluntas non tantum apparet ex obsignatione, sed etiam aliundè, veluti ex recusatione mandati aut suppositione falsi mandati. *Sichard. ad d. l. 19. n. 9.* quoties ergò falsus procurator debitori hoc modo imponit, quasi jussu creditoris exigat, debitorq; solius creditoris intuitu pecuniam numerat Domino perferendam: tum si procurator pecuniam interceperit, lucrandi animo furtum præculdubio committit: si creditor ratum non habeat, quod gessit. *Conf. Farin. qq. crim. 169. n. 6. ubi d. l. 19. explicat de eo casu, quando falsus procurator compareret cum falsis literis & falso mandato.*

Ad §. Si is. 2. ad C. I. A. d. 8. n. 15. itemq; d. 9. n. 16. & d. 17. n. 7. Vnde & casus & ratio hujus legis, paulo obscurior, dilucidari poterit. *Casus in adductis* thesib. talis constituitur: falsum creditorem emouisse pecuniam tanquam debitam, quæ non debebatur; debitorem solutionem obtulisse; falsum creditorem alium cui solutio fieret delegasse: Hic interesse, utrum debitor delegatus solvat alteri, præsentem delegante, an absente: Si absente eo, non esse furti actionem. *d. d. 9. n. 16.* Esse, si solutio fiat falso illo creditore præsentem, *d. d. 8. n. 15.* rationem diversitatis petere debemus *ex l. 75. h. t. junctâ l. 52. §. 19. h. t.* Cum enim hoc jure utamur ut furtum sine contrectatione non fiat. *l. 52. §. 29.* adè ut neque verbis neque scriptura furtum fieri intelligatur. *l. 4. de O. & A. l. 3. §. 18. de acq. poss.* Sed corporali actu & contrectatione. *§. 1. Inst. h. l. 1. §. 1. l. 24. §. 7. h.* sic ut is, qui verbis fraudem adhibet, *fallax* magis, quàm *falsus* perhibeatur. *l. 43. §. 3. h. conf. Racem. 2. d. 43.* Consequens est; eo casu, quo falsus procurator ab actu numerandi abest, illum furtum non committere; quoniam nullum corpus intervenit quod furandi animo contrectaret. *C. A. d. d. 9. num. 17.* Apparet inde, quantus sit principiorum usus, & quam sollicitè requisita cujusq; juris observanda sint, cum ex unius vel alterius defectu tota dispositio labefacteretur aut pendeat v. *Farinac. quest. Crimin. 169. n. 27.*

Ad §. si quis nihil. 3. De hac specie jam cœpimus dicere ex *Racemat. 2. d. 43.* ubi compa-

1. 14 E. j. m. 142. §. 1. 1.

comparavimus fraudem suppositione *personae* commissam, cum ea quae committitur suppositione falsorum adjunctorum; p. qualitatis vel causae finalis add. Racem. 4. d. 4. n. 3. & d. 25. Itemque C. A. h. d. 9. n. 18. d. 14. n. 1. d. 17. n. 9. d. 3. n. 8. Iterumque de dolo d. 15. & 41 & in tit. Mandati d. 13. n. 7.

Ad §. *Qui alienum* 4. C. A. d. 8. n. 43. d. 12. n. 17. d. 16. n. 13. & 49. d. 24. de A. R. D. d. 12. n. 12. ad L. Cornel. de sicar. Rac. 2. 36. Nec audiendus est Bonifacius *tr. de furt. §. Conrectario* pag 138. n. 12. qui ex corrupto Gellii loco, *lib. 12. c. 18. f. pro jacens*, legit, *tacens*: eo argumento: quod & jumenta crecta; & poma ex arbore pendentia, furari quis possit. Hic enim de casu magis dubitabili disquiritur: an sc. res jacentes, (quae facilius pro projectis haberi possunt quam ambulantes) auferri impunè queant, quasi à nemine possideantur. *l. 1. §. 15. si is qui testam. liber*, idque rectè negatur, per elegantem rationem, quae habetur in *l. ult. C. unde vi*, ut & in *Can. si quid invenisti. 6. Et in can. multi. 8. caus. 14. q. 5.* idemque docet oppositio inter rem jacentem, *hoc §. 4.* & pro derelicto habitam: idque vel verè §. 5. vel putativè §. 6. Sane in §. 7. hæc correctio melius quadraret. Sed quia constans lectio & Florent. & cæterorum MS. sic habet, nihil immutandum est. V. A. August. lib. 4. emend. c. 4. & imò §. seq. vers. solent. taciturnitatem etiam ibi removet.

Ad §. *Quod si Dominus* 5. C. A. d. 12. n. 17. d. 13. n. 4. d. 14. n. 1. th. 24. de A. R. D. Racem. 2. d. 36. d. 43. alleg. Dn. Carpz. p. 4. *Const. 37. def. 6. n. 6.*

Ad §. *Sinon* 6. C. A. d. 9. n. 11. d. 12. n. 17. Rac. 2. d. 36.

Ad §. *Sed si neque* 7. C. A. d. 9. n. 11. d. 17. n. 6. Rac. 2. d. 16.

Ad §. *Proinde videamus* 8. C. A. d. 17. n. 6. Race 2. d. 36. Hujus v. & præcedentium paragraphorum sententiam sic in brevius contraxit Argentæus, *comm. de leges Britonum artic. 58. lit. a.* Qui alienum quid jacens lucrificandi animo sustulerit, furti tenetur, siye dominus ignoret, siye sciat. Ejus vero quod à Domino consulto rejectum sit, aut derelictum; furtum non fit. Nec ejus etiam quod quis eo animo sustulerit, ut domino indicaret. Neque inventio per se furti obstringit. ¶ *Ad vers. solent.* Hoc versu indicatur, nō satis esse, ut quis postquam deprehensus sit, perhibeat, se animum reddendi habuisse; sed ab initio animum lucri cupidum abfuisse, probandum esse: Quæ probatio cum admodum sit difficilis, ideò hic cautela subjicitur, qua quis omnem sinistram suspicionem possit declinare: protestatione, vel de scripto vel aliàs convocatis hominibus actutum interposita. *Mynsing. 3. observ. 15. Nigrinus tr. de protestat. sub rubr. protestatio fit verbis. n. 5. p. 7.* Effectus enim talis protestationis inter alios hic est, quod animum protestantis declarat. *l. Nefennius. 34. de negot. gest. l. Et si quis. 14. §. sed interd. 7. cum seq. de religios. Et sumpt. fun. Mart. Gilbert. in prefat. ad Roger. de protest. n. 13. Nigrin. d. tr. sub rubr. denunciatio n. 127. Villalob. in tr. commun. opin. verb. protestatio. nu. 357. Mascard de probat. conclus. 1243.* planè expectare non debet inventor, donec dominus inquirat, sed si dominum resciscat, ulttò indicare debet. *juxta d. can. si quid invenisti, cum seqq. caus. 14. q. 5. Argentæus art. 584.*

Ad §. *Quid ergo si evpetteq* 9. Budæus, *annot. in pandect. h. loc. p. m. 210.* substituit *μίνυτεq*: cujus vestigia exilia in antiquo exemplari extitisse narrat. Denotat autem *μίνυτεq* græcis, & indicium ipsum & indicis præmium. Idemque verbum etiam in hac eadem materia profert Grotius *lib. 2. de I. P. §.*



Bellicap. 4. §. 5. sed quia liber Florent. & alii MSti hanc vocem disertè expriment, eaque non minus atque altera rem græcis significat, nihil est mirandum, ob alicujus MSti dubiam lectionem: cum in multis membranarum imperiti scriptores nomen istud plane omiserint: quemadmodum in uno MSto, quod habemus, videre licet. *conf. Arn. Vinnium ad §. 47. l. de R. D. n. 4. C. A. h. 17. n. 6. Racem. 2. 136.*

Ad §. Si quis sponte 10. Sollicitat hujus §. 1. lectionem Cujac. *1. obs. 6. §. 7.* quod in vulgatis codicibus legatur (ion) fortè scribendum esse i & o. temone superposito, ut per abbreviationem scriptum sit, idè. Vnde etiam Dn Gothofred. virgulam dubiæ lectionis indicem hic apposuit. Verum quia Florent. memb. sine hæsitacione, *non*, exprimunt: Idque Basil. sequuntur, dicamus cum Dn. Meier. in not. MS. hic, sensum parag. 10. satis evidentem hunc esse: si quis jecit, non odio rædiore aut contemtu rei, sed ex petulantia: resumpturus sc. ilico, aut cum libuerit. Duo enim requiruntur, ut res pro de relicta habita censeatur: primum ut quis rem suam amplius suam esse nolit: hoc e. animus & destinatio: tum factum ipsum, ut rem eam aut abiciat, aut ad minimum deserat: alterutrum si desit, dominium non amittitur. *Vinnius ad §. 46. Inst. de R. D. faciunt ea, quæ Grotius disputat lib. 1. de I. B. & P. cap. 4. §. 3. & seqq. Locam. & alij. ad l. 1. §. 46. Adde C. A. h. 1. 8. n. 43. & 1. 1. n. 4. Race. 2. 136. & Racem. 3. 116.* Fac ergò rem à Domino abici aut deserì, non tamen eam mente, ut eam à se amoveat, aut amplius suam nolit: nihil hic amittitur. *§. alia sanè ult. Inst. de R. r. d. 6.* Fac è converso, nolle amplius suam esse, nisi eam abiciat, dominus esse non desinit. *Ita Vinnius ad §. qua. ratione 46. l. de R. D. p. 302.*

Ad §. Si jactum ex nave II. v. C. A. 1. 9. n. 11. h. itemque 1. 16. n. 13. & in tit. de l. Rhodia de jactu 1. 1. n. 1. itemque in tit. de incend. ruin. naufrag. 1. 7. n. 7. Racem. 2. 136. Lyclam. 7. membr. Eclog. 47. pag. 516. adde infr. not. ad Auth. navigia. post. l. 18. C. h. Nimirum superiore parag. dictum *de jactu undecunq. facto*: nunc in specie *de jactu ex nave facto* quæstio instituitur & distinctè definitur. proponitur inq. *& in se* (si id quod ex nave ejectum fuit, alius tulerit, an furtum committat?) & in statu controversiæ ultimo: quærendo scil. an res talis pro derelicto sit habita? definitio nititur distinctione quadripartita:

Ut sc. respiciam ⁹ tum ad animum	{	<i>Absolute, animo derelinquentis:</i> Hanc qui invenit, suam facit, nec furti tenetur: quia præsumtio est, eum qui in mare rem projicit & verisimiliter perituram credit, non valdè eam æstimare, aut in rebus suis desiderare. <i>Non absolute animo derelinquendi,</i> sed hypotheticè & conditionaliter, ut si salva res evaserit, eam reciperet: tum qui sciens eam assumit & retinet, itidè se furti obstringit ratio est in generali illa regula l. ult. vers. omnes. C. unde vi. quam communi veluti gentium scito receptam, Iustinianus jamdudum veteribus legibus etiam definitam esse tradit. De Hebræis testatur Ioseph. lib. 2. advers. Apionem. <i>ὁ μὴ κατέθηκεν πρὸς ἑὴν ἀναμνήσειται: καὶ ἂν ὁ μὴ κατέθηκεν ἀφέληται, εἰσὶ κολάσεις ἐχούσαι παρ' ἐτέροις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μέτρον.</i> (v. tamen Selle-
---------------------------------------------	---	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Seldenum *lib. 6. C. de jur. Nat. & Gent. c. 4.*) de Aegyptiis & Græcis testimonia collegit *Sam. Petrus lib. 7. Com. in leges Artie tit. 5.* quorum communis hæc vox fuit. ἄ μὴ ἐδῶ, μὴ ἀνέλω. Was du nicht hingeleget hast, das laß ligen. Non enim revera inventum dici posse, tale ablatum, docet *Ælian. lib. 4. Varior. cap. 1.*

apprehen-
dent in cu-
jus specta-
tur tum

Destinatio: Si enim quis jactum talem eo animo acciperit, ut salvum faceret domino, hic cum laudem mereatur, nequaquam furti tenetur:

Error: Si enim quis justo errore putet, rem simpliciter jactatam esse pro derelicto habitam, furti similiter non tenetur. §. 11, h.

Ad §. Quod plerumque credendum est *Hottom. & Æmil. Ferret. in comment. Inst. ad §. alia sane 47. I. de rerum div. censent;* *Vlpianum* hic à cæteris *ICtis* defensisse, qui contrarium planè credant, nempe eum, qui in mare quid projicit: omni alia de causa id plerumque facere, quam ut id jactare velit. *l. 9. §. ult. l. quicumque 58. de acquir. rer. dom. l. 21. parag. 1. de acq. poss.* nequaquam autem præsumi Dominum eas res habere pro derelictis. *l. 2. parag. ult. l. 8. de L. Rhod. de jactu.* Eodem modo *Ant. Fab. in rationalibus ad l. ult. & ad l. 8. de L. Rhod. de jactu.* *Vlpianum* potius inculcat ob hoc effatum quam ut explicet *Glossa. ad d. 143* à qualitate rei distinctionem sumit, veluti si librum apertum in mare projecit. Sed ea solutio utcumque viris doctis in *nor. MSS. ad Wesenb. de L. Rhod. de jact.* placeat, non tamen usque fortiter sustineri potest: (1.) quia *IC.* generaliter sine distinctione rei, aut restrictione ad certum objectum loquitur (2.) quia res pleræque in illa vastitate maris possunt deperire. Nec magis sapit explicatio *Bacchov. in noris ad Wesenb. d. loc. n. ult.* ut externa opinione res pro derelicto habita censeatur, sed non interna affectione animi. Illam autem hic spectari tantum ad excusandum eum, qui res in littus ejectas sustulit. Etenim non hic externam opinionem, sed internum animi affectum spectari, jam supra ostendimus: & uberius probat *Grotius d. lib. 2. d. 1. B. & P. c. 4. & §. in fin.* Innuitque hoc phrasis ipsa: *si hoc animo fecit*, quæ ut alibi *l. 220. de V. S. l. 41. ad L. Aquil. l. 3. parag. sed furiosus. l. 3. parag. Neratius. 3. de acquir. poss. l. 41. Vers. post aditum. de Reb. cred.* sic in toto etiam parag. isto verum, non ficti animi sensum, affectionem, destinationem, affectum, designat. *Briffonius* in voce *plerumque*, excusationem quarit in vocis hujus ambiguitate, quæ aliquando idem notet, quod interdum. *§. l. 32. §. 10. de donat. inter vir. & uxor. Wesenb. in comment. ad d. parag. 47.* censet *Vlpianum* de jactu spontaneo loqui, sive de eo qui simpliciter, nec urgente ulla necessitate res aliquas in mare projicit: hunc enim in hac actione merè voluntaria credibile esse pro derelicto velle habere id, quod videatur ut periturum jactare. Quam solutionem probat & ex verbis. parag. 1. finalibus, firmat *Vinnius in comm. ad d. parag. 46.* ubi *Vlpian.* distinguit inter id quod simpliciter & non simpliciter jactatum sit.

Quamvis autem ex analysi nostra appareat, verba illa postrema pertinere ad animum & opinionem acquirentis potius, quam jactantis: nec omnes d. parag. 1. casus de certa jactantis voluntate agere: firmari tamen potest, non tan-

tum ex pr. parag. 10. *ibi: si quis spontè rem jecit vel jactavit*: tum etiam ex v. seq. parag. 1. *ibi: si hoc animo, ut si falsum fuerit, haberet*: sed etiam ea ratione, quod prædicata accipienda sint de subjecto habili, & ita restringenda atque exaudienda: Tum verò ex ea, quam huic non opponimus, sed conjungimus conciliatione quã Pacius tradit. 7. *Enantioph. 52.* Ulpianum non ἀπλῶς asserere, id plerumque videri abjicienti: sed adjecta limitatione: *cum sciat periturum*: Tunc scilicet censerì dominum rem habere pro derelicta, cum nulla est spes eam recuperandi: alioquin dominium retinere. Ac ne quis objiciat particulam *cum*, hic non posse limitativè accipi pro *quando*: cum regat conjunctivum: compluscula alia dabimus loca, ubi *cum*, pro *quando* usurpatur, licet subjunctivum modum regat: V. G. l. 36. *ibi: cum in corpus quidem consentiamus, in causis vero dissentiamus, efficax est traditio. de acq. rer. dom. l. 36. pr. de V. O. l. 165. l. 178. junct. l. 129. de Reg. Jur. l. un. pr. C. de suffrag. prin. Inst. de pupill. substit. & nam moribus parag. cum a. 3. Instit. de Empt. vend.* Quod Turfellinum in libello de particulis Latina orationis cap. 39. non annotasse vel observasse, valdè miror.

Ad & Et qui invenit, auferendum est. Subaudi: etiã si ignoret ex jactu esse, vel ab alio animo teneri nesciat: Est enim & hoc improbū, inventionis titulo sibi vindicare ea, quæ ab alio tenentur, etiã si is, qui tenet, sit improbus, de DEO malè sentiens, aut hebetis ingenii: Nam inventio est rerum, quæ nullus sunt. inquit ex Viët. de Ind. rel. Grotius l. 2. de I. B. & P. c. 22. parag. 9. *adhib. Selden. d. lib. 6. de I. N. & G. juxta discipl. Hebraor. c. 4. & Ad vers. Et si fecit hoc qui invenit.* scil. abjicientem non habere animum derelinquendi; sed votum salvandi se prius, deinde res suas. Videant itaque, quo scelere se obstringant, qui bona ejusmodi aut levandæ navis causâ ejecta vel etiam naufragio amissa sibi vindicant; *Sixtm. de regul. lib. 2. c. 3. n. 91.* & quidam juris quodam sub velamine, quod nostrates vocitabāt, *die Grundruhr* sive *das Grundruhr Recht.* & *Speckhan & alios citat. Besold. thes. pract. hac voce damnatum juris Cæsarei Constitutionibus l. 1. C. de naufr. lib. 12. Authen. naufragia. post l. 18. C. h. t. (ubi & prohibitio & sanctio luculenta. concord. constit. Carolin. 218.)* sed & aliarum gentium communi detestatione & *Grot. lib. 2. de jur. belli & pacis c. 7. parag. 1. & in annot. ad d. parag. 1.* tibi tamen, in f. injuriam facit Bodino, cum ei hujus juris abrogationem & defensionem imputat: sic enim Bodinus *lib. 1. de Repub. c. 10. pag. 171.* palam contradicit. Barbarum & antiquis inusitatum, ut cujus opes aut fortunæ naufragio miserè perirent & quem nostris opibus sublevare debeamus, eius reliquias, quas ad littus eiectas bona fide restitui oportebat, turpiter diripi patiamur. Sic tamen vivitur, ut qui portus habent, eam crudelitatem tum in cives tum in peregrinos exequantur. Ius quæris? error ius fecit: at si non peccatur errore, sed scientia, scelus est, quod erroris specie prætextitur. *Hac Bod.* Atqui quod barbarum dicitur, quod antiquis inusitatum, quod turpe vocatur, nec prætextu erroris inveterati regendum: denique quod sceleris nomine damnatur, id à damnante nequaquam perhiberi potest, approbatum. Sunt tamen alii, qui consuetudinem hanc seu abusum Gallorum sic excusant: *Le Roy seul,* (inquit la Roche, in *Institutionib. collatis ad mores Gallia de R. D. p. 198.*) où pour le moins, qui tient de luy les droicts Royaux, reçoit des grands gains de la fracture et blessure des navires de ceux qui en acheptent les profits & emolumens: Ce qu'il ne faut entendre

tenere en sorte que le Roy se puisse vendiquer & attribuer les biens de ceux qui font le naufrage: car ce seroit contre le droit divin naturel & civil. Mais entant qu'il n'est permis qu'au seul prince de les occuper, a fin que le maistre & seigneur les rende, chassant & repossant les pirates. Rectius & sanctius in S. Rom. Imperio mandata restitutoria sine clausula pro bonis naufragio amissis, contra eos, qui res jactatas commissi vel alio quocunque pretextu detinent ac damnum passis restituere nolunt decernuntur. *Stam. lib. 3. de seruit. person. c. 8. n. 21.* non attenda consuetudine in qua se quidam fundant. *Gail. 1. obser. 18. n. 6. Gylman. tom. 3. symphorem. Verb. mandata de restituendo p. m. 221. Formul. supplicandi pro mandato tali, etliche Schiffbrüche Giv. ter belangend. add. tom. 2. part. 2. tit. 2. supplic. 8. p. 148. & supplic. 11. p. 155. Alberic. Gentil. lib. 1. de jur. belli. cap. 19. fol. 47.*

Ad §. Etiam si. 12. C. A. d. 16. n. 49. in f. d. 17. n. 8. in f. d. 24. de usufr. d. 26. n. 3. eodem d. 3. n. 4. in f. de A. R. D. Cum a. supra l. 17. §. 1. & 2. Itemque l. 18. h. t. d. sit dominio superveniente actionem extingui l. Si alienus 37. de noxal. act. Q. quid juris, si quis partem in servo vel usufr. obtinuerit? Resp. Ictus hic priore casu actionem extingui; posteriore durare. Ratio prioris est: quia actio ab initio consistere non poterat, Siquid. inter dominum & eum, qui in potestate ejus est nulla obligatio nullaque actio nasci potest l. ne cum filiofam. 16. h. t. E. nec ex post facto l. quia in eum casum 16. ad L. Aquil. servo ante litem contestatam v. d. l. 37. redempto. d. l. 17. parag. 1. Si enim servus communis furtum fecerit, cum altero domino furti agi non potest l. cum servus 41. de noxal. act. l. si servus communis 61. h. t. Ratio posterioris est, quia jus dominii & usufr. sunt jura separata l. si Titio 33. parag. 1. de V. usufr.

Ad l. Si jussu 44. pr. C. A. d. 8. n. 19. d. 18. n. 18. d. 2. n. 2. de procurat. sensum hujus l. sic reddit Farinac. quest. crimin. 169. n. 8. falsum procuratorem committere furtum, non solum si pecuniam exegerit ab ipso debitore, sed etiam si exegerit eam à debitore debitoris, de ordine ipsius debitoris

Ad l. 44.

Ad §. Si rem meam 1. C. A. d. 8. n. 16. Ratio est in l. inter omnes 47. §. rectè 7. h. t. ubi d.

Ad §. Si servus 2. C. A. d. 47. n. 1. de leg. & fideicomm. Servus hereditarius qui testamento liber esse jussus fuerat, nondum adita hereditate furtum fecit, heredi in bonis propriis (non hereditariis v. l. 1. pr. si is qui testam. lib.) Q. an post aditam hereditatem, adversus libertum actio detur? Ratio dubitandi est: Quia furti actio extinguitur dominio superveniēte d. l. si alienus 37. l. si noxali. 27. in f. de nox. act. Ratio decidendi, quod heres istius liberti nullo tempore, nec ante nec post aditam hereditatem, vel libertatem impetratam Dominus ejus factus sit, l. à Titio 64. h. t.

Ad l. Si socius 45. C. A. d. 25. n. 12. pro soc. Rac. 2. d. 46. Ratio dubitandi. Quod nemo rei suæ furtum faciat. Paul. lib. 2. sentent. tit. 31. §. si rem quam. ibique Cujac. l. rem mihi. 21. Commodat. Cum rei suæ quisque sit moderator & arbiter l. in re mandata 21. C. mandat. Hurpr. ad parag. 1. Instit. h. t. n. 15. At quod commune est, etiam suum socio est, l. pupillus 239. parag. ult. de V. S. l. illud 46. de rit. nupt. l. 5. parag. 1. de legat. 1. E. rei communis furtum fieri nequit l. si apes 26. h. t. Certè plerumque credendum est, eum, qui partis dominus est, jure potius suo uti, quam furti consilium inire l. mercio 51. pro soc.

Ad l. 45.

Ratio decidendi: Res communis nec omninò aliena, nec omninò mea est. l. in re com-

- re communi. 25. de servit. ut prae. l. 46. de ritu nuptiar. Fit ergo furtum rei communis, respectu portionis alienae. Henning. Wegner. disput. 14. de furtis. § 3. lit. b. Ad rationem dubitandi Resp. praesupponi sic furtum probatum, adeoque dolosam contrectationem l. 21. l. 45. pro foc. quae omnino supponitur d. l. 51. eod. tit. adhib. Carpzov. p. 4. Const. 37. def. 6. n. 12.
- Ad l. 46. Ad l. inter omnes 46. pr. C. A. §. 15. n. 2. §. 16. n. 49. §. 3. n. 17. de cond. furt. Rac. 2. §. 7. §. 86. Rac. 3. §. 31. & 34. ad quas theses & alii casus notari possunt, quibus furti actio non extinguitur: p. ex l. penult. de Si hon. rapt. l. 19. ver. amor. ar. Ad. Vers. hoc idem. nec obst. l. 21. §. ult. h. r. dist. enim inter actionis nativitatem & durationem. Quoad nativitatem, causam & originem, differunt omnino hae actiones. d. §. ult. semel autem natae conveniunt ratione durationis: quia utraque durat, licet res furtiva perierit. l. 17. §. 2. §. ult. ver. amor.
- Ad §. Si servus 1. C. A. §. 15. n. 2. §. 18. n. 17. §. 25. n. 26. n. 9. §. 6. n. 2. de in lit. ju-
rand. §. 38. n. 5. de usufr. §. 4. n. 2. de A. R. D. Rac. 2. §. 7. §. 73. §. 83. §. 84. Race 2.
th. 34. num. 2.
- Ad §. Quod dicimus. 2. C. A. §. 25. n. 1. §. 6. n. 2. de in lit. jur. Bacchovii dubita-
tionibus quibus diversitatem poenae in furto manifesto & nec manifesto aperte
impugnat, in not. ad Wesenb. n. 14. satis fieri potest ex Racem. 2. §. 81. Rac. 4. §.
34. num. 2.
- Ad §. Hac actio. 3. Ratio est in Rac. 2. §. 46. ibi: aut usum. adde §. 8. ibid. & Rac. 3.
§. 34. in f. itemque 84. & passim.
- Ad §. Et si quis 4. Rac. 1. §. 3. & 85. Rac. 4. §. 34. n. 2.
- Ad §. Usque adeo 5. C. A. §. 3. n. 12. de condict. furt. Rac. 3. §. 34. & imprimis in f.
- Ad §. Proprietarius 6. C. A. §. 8. n. 11. §. 4. n. 2. de A. R. D. Rac. 2. §. 37. revera enim
proprietas est res aliena l. 13. §. 2. de Usufr. ubi v. ratio decid. & dub. adde l.
20. parag. 1. h. r.
- Ad §. recte dictum est 7. C. A. §. 9. n. 7. §. 10. n. 1. §. 13. n. 2. §. 17. n. 1. §. 17. nu. 27. 2.
Bach. 2. d. 30. §. 1. E. Carpz. p. 1. c. 10. d. 9. p. 1. c. 22. d. 6. f. & iterum p. 1. c. 22. d. 9. n.
4. p. 4. C. 38. d. 2. Rac. 3. §. 36. junge not. ad parag. 7. h. r.
- Ad Parag. Per contrarium 8. C. A. §. 10. n. 1. Rac. 2. §. 80. Rac. 4. §. 40. junge
not. ad §. 8. Inst. h. r.
- Ad §. Si furtiva res 9. C. A. §. 19. n. 14. Rac. 3. §. 6.
- Ad l. Si Dominium 47. C. A. §. 18. n. 20. 22. §. 52. n. 2. de leg. & fideic. §. 7. pr. de
priv. delict. Salis in Sicilim. h. r. pag. 479. Carpz. p. 4. C. 3. d. 18. C. 48. d. 5. Rac.
2. §. 66. Vers. paulo aliter. ubi hic text. innuitur. Explicatio hujus l. pendet
ex l. 66. §. 1. h. r. adde l. 64. h. r. l. 86. §. 2. de leg. 1. Diversum tamen definitur
in l. 8. de serv. corrupt. Vbi heredi ejus, cujus servus corruptus est, datur actio
S. C. non tantum si is manserit in haereditate; sed etiam si exierit hereditate, ut si
legatus fuerit. l. 1. in f. de Publ. in rem act. Legatario autem non datur. conso-
nat. Lob id quod. 43. ad L. Aquil. At hic e contrario, si servus v. g. legatus, vivo te-
statore surreptus, post mortem testatoris & adita hereditate adhuc penes furem
existat, legatario datur actio non heredi. Nimirum quia hae actiones etiam ratione
aestimationis incundae quadantenus differunt. Etenim in actione S. C. & L. Aqu.
aestimatio refertur ad tempus praeteritum: atque ideo ei non competit cujus nunc in-
terest; sed ei, cujus interfuit olim, vel heredi ejus. Caeterum in actione furti aesti-
matio non refertur tantum ad tempus praeteritum, (quo furtum factum est) sed etiam
ad praesens tempus, (quo furti agitur,) & maxime si hodie res furtiva plaris sit:
§. Rac. 2. §. 86. Cujas. in Paulo ad l. 2. de Servo corr. p. m. 268.

Ad l. 47.

X 2615944

WOM







ACADEMICUM

RISPRU-

YNTHE-

ALYTICA

NS

de Furtis.

1648, 10.

549

24

Asp. XV.

D. M.

DIO

Excellentissimi Viri

IS TABORIS,

IS CODICIS ET

toratensium Universita-

atroni & Præceptoris

honoris cultu

Subjicit

Argentoratensis.

July.

RATI

IPPI MÜLBI,

GRAPHI,

VIII.